summum. Quasi in silua li gnorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi et ascia deiecerunt eam. Incenderūt igni sanctuarium tuuz in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui. Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: quiescere faciamus omnes dies festos dei a terra. Signa nostra non vidimus/ et iam non est propheta: et nos non cognoscet amplius. Usquequo deus improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finē? Ut quid auertis manuum tuam et dexteram tuam: de medio sinu tuo in finem? Deus autem rex noster ante secula: operatus est salutem in medio terre. Tu cōfirmasti in virtute tua mare contribulasti capita draconum in aquis. Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam populis ethiopuz. Tu dirupisti fontes et torrentes: tu siccasti fluuios etham. Tuus est dies et tua ē nox: tu fabricatus es auroram et solem. Tu fecisti omnes terminos terre: estatem et ver tu plasmasti ea. Memor esto huius inimicus improperabit domino: et populus insipiens incitauit nomen tuum. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi: et animas pauperum: tuoruz ne obliuiscaris in finem. Respice in testamentum tuum: quia repleti sunt qui obscurati sūt terre domibus iniquitatū. Ne auertatur humilis factus cōfusus: paup et inops laudabunt nomen tuum. Exurge deus iudica causam tuā: memor esto improperiorū tuorum que ab insipiēte sunt tota die. Ne obliuiscaris voces inimicorum tuoruz: superbia eoz qui te oderūt ascēdit semp. Gloria. Liberasti virgā hereditatis tue. In isrl.

Confitebimur tibi deus: confitebimur tibi: et inuocabimus nomen tuum. Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus ego iusticies iudicabo. Liquefacta est terra et omnes qui habitant in ea: ego

cōfirmaui columnas eius.
...ixi iniqs nolite iniq̄ age
re:⁊ delinquentibus nolite
exaltare cornu. ...olite ex
tollere in altuz cornu vrm:
nolite loqui aduersus deū
iniqtatē. ...⁊ neq̄ ab orien
te neq̄ ab occidente neq̄ a
desertis mōtibus:qm̄ deus
iudex est. ...ūc humiliat et
hunc exaltat:q̄z calix in ma
nu dn̄i/vini meri plen⁹ mix
to. ...t inclinauit ex hoc in
hoc:verūtn̄ fex eius non est
exinanita/bibēt oēs pecca
tores terre. ...go aūt annū
ciabo in seculū:cātabo deo
iacob. ...t oīa cornua pec=
catoꝝ cōfringā:et exaltabū
tur cornua iusti.
...Otus in iudea deus:
...in israel magnum no
men eius. ...t factus est in
pace locus eius:⁊ habita=
tio eius in sion. ...bi con=
fregit potētias:arcum scu=
tum gladium ⁊ bellū. ...l=
luminans tu mirabiliter a
montibus eternis:turbati
sunt oēs insipientes corde
...ormierūt somnū suuz: et
nihil inuenerūt oēs viri di
uitiaꝝ ī manibus suis. ...b
increpatiōe tua de⁹ iacob?
dormitauerunt qui ascen=
derunt equos. ...u terribi=
lis es et q̄s resistet tibi: ex
tūc ira tua? ...e celo audi=
tū fecisti iudiciū:terra tre=
muit et quieuit. ...ū exur=
geret in iudicio de⁹: vt sal=
uos faceret oēs māsuetos
terre. ...m̄ cogitatio hoīs
ↄfitebitur tibi:⁊ reliquie co
gitationis diem festū agēt
tibi. ...ouete ⁊ reddite deo
vestro:oēs qui ī circuitu ei⁹
affertis munera. ...erribili
et ei qui auffert spūz pnci=
pum:terribili apud oēs re
ges terre. ...In israel ma=
gnū nomē ei⁹. ...Tu es de⁹.
...Oce mea ...
...ad dn̄m clamaui: vo=
ce mea ad deū et intendit
mihi. ...n die tribulatiōis
mee deuz exquisiui manib⁹
meis:nocte cōtra eū et non
sum deceptus. ...enuit cōso
lari aīa mea/memor fui dī
et delectatus suz ⁊ exercita
tus sum:⁊ defecit spūs me⁹
...nticipauerunt vigilias
oculi mei:turbat⁹ sum ⁊ nō
sum locut⁹. ...ogitaui dies
antiquos:⁊ annos eternos

in mente habui. [E]t meditatus sum nocte cum corde meo: et exercitabar et scopebam spiritū meū. [N]unquid in eternū proijciet deus: aut non apponet vt complacitior sit adhuc? [A]ut in finē misericordiam suā abscidet: a gñatione in gñationē? [A]ut obliuiscetur misereri deus: aut cōtinebit in ira sua misericordias suas? [E]t dixi nūc cepi: hec mutatio dextere excelsi. [M]emor fui operuʒ dñi: quia memor ero ab initio mirabilium suorum. [E]t meditabor in oībus operibus tuis: et in adinuētionibus tuis exercebor. [D]eus in sancto via tua/ quis deus magnus sicut deus noster? tu es deus qui facis mirabilia. [N]otam fecisti in populis virtutē tuā: redemisti in brachio tuo populū tuū/ filios iacob et ioseph. [V]iderunt te aque deus/ viderūt te aque et timuerunt: et turbate sunt abyssi. [M]ultitudo sonitus aquarum: vocem dederūt nubes. [E]tenim sagitte tue transeūt vox tonitrui tui in rota. [I]lluxerūt coruscationes tue orbi terre: commota est et cōtremuit terra. [I]n mari vie tue/ et semite tue in aquis multis: et vestigia tua nō cognoscentur. [D]eduxisti sicut oues ppl'ʒ tuū: in manu moysi et aarō. [Psalmus]

[A]ttendite popule meus legem meā: inclinate aurē vrām in vba oris mei. [A]periam in parabolis os meū: loqr propositiones ab initio. [Q]uanta audiuimus et cognouimus ea: et patres nri narrauerūt nobis. [N]on sunt occultata a filijs eorū: a generatione altera. [N]arrantes laudes dñi et vtutes eius: et mirabilia eius que fecit. [E]t suscitauit testimoniū in iacob: et legem posuit in israel. [Q]uanta mandauit patribus nostris/ nota facere ea filijs suis: vt cognoscat generatio altera. [F]ilij qui nascent exurgēt: et narrabunt filijs suis. [V]t ponant in deo spē suā/ et nō obliuiscantur operū dñi: et mandata ei⁹ exquirāt. [N]e fiant sicut pres eorū: generatio praua et exasperās. [G]e=

neratio que non direxit cor
suum: et nõ est creditus cũ
deo spiritus ei⁹. Filii effrẽ
intẽdẽtes et mittẽtes arcuz:
cõuersi sunt in die belli. Nõ
custodierũt testamẽtũ dei:
et in lege eius noluerũt am
bulare. Et obliti sunt be-
nefactorum eius: et mira-
biliũ eius que ostendit eis.
Corã patribus eoruz fecit
mirabilia ĩ terra egypti: in
campo thaneos. Interru-
pit mare et perduxit eos: et
statuit aquas quasi in vtre.
Et dduxit eos ĩ nube diei:
et tota nocte in illuminatio
ne ignis. Interrupit petrã
in heremo: et adaquit eos
velut in abysso multa. Et
eduxit aquã d̃ petra: et edu
xit tanq̃ flumina aquas. Et
apposuerũt adhuc peccare
ei: in iraz cõcitauerũt excel
sum in aquoso. Et tẽtaue-
runt deũ in cordibus suis:
vt peterẽt escas animabus
suis. Et male locuti sũt de
deo: dixerunt nunquid po-
terit deus parare mẽsam in
deserto? Quĩ pcussit petrã
et fluxerũt aque: et torrẽtes
inundauerũt. Nũquid ⁊ pa
nem poterit dare: aut para
re mẽsam pplo suo? Ideo
audiuit dñs ⁊ distulit: ⁊ ig-
nis accẽsus est in iacob/ et
ira ascẽdit in israel. Quia nõ
crediderunt in deo: nec spe
rauerũt in salutari ei⁹. Et
mandauit nubibus de sup:
et ianuas celi aperuit. Et
pluit illis mãna ad mandu-
candũ: et panem celi dedit
eis. Panem angelorũ man
ducauit homo: cibaria mi-
sit eis in abũdantia. Trãs-
tulisti austrũ de celo: et in-
duxit in virtute sua africũ.
Et pluit sup eos sicut pul
uerem carnes: et sicut are-
nam maris volatilia penna
ta. Et ceciderũt in medio
castrorum eorum: circa ta-
bernacula eorum. Et man
ducauerunt et saturati sunt
nimis/ et desiderium eorũ
attulit eis: non sunt frauda
ti a desiderio suo. Adhuc
esce eorũ erant in ore ipso-
rũ: ⁊ ira dei ascendit super
eos. Et occidit pingues eo-
rũ: et electos israel impedi-
uit. In oĩbus his peccaue
runt adhuc: et non credide-
runt in mirabilibus eius.

Et defecerunt in vanitate
dies eorū: et anni eorū cum
festinatione. Cū occideret
eos querebant eū/ et reuer
tebantur: et diluculo venie
bant ad eū. Et rememora=
ti sunt quia deus adiutor est
eorum: et deus excelsus re=
demptor eorū est. Et dilexe=
runt eū in ore suo: et lingua
sua mentiti sunt ei. Cor au
tem eorū nō erat rectū cum
eo: nec fideles habiti sunt in
testamento eius. Ipse aūt
est misericors/ et propitius
fiet pctīs eorū: et nō disper=
det eos. Et abūdauit vt a=
uerteret irā suā: ꝛ nō accen
dit oēm irā suam. Et recor
datus est qꝛ caro sunt: spūs
vadēs ꝛ non rediēs. Quo=
tiens exacerbauerūt eū in
deserto: in irā cōcitauerunt
eū in inaquoso. Et cōuersi
sunt ꝛ tētauerūt deū: ꝛ sctīm
israel exacerbauerunt. Nō
sunt recordati manus eius:
die qua redemit eos de ma
nu tribulātis. Sicut posuit
in egypto signa sua: et ꝓdi
gia sua in campo thaneos.
Et cōuertit in sanguinem
flumina eorū: ꝛ imbres eorū
ne biberēt. Misit in eos cy=
nomiā et comedit eos: ꝛ ra
nam et disperdidit eos. Et
dedit erugini fructus eorū:
et labores eorū locuste. Et
occidit in grandine vineas
eorum: et moros eorum in
pruina. Et tradidit grādi=
ni iumenta eorū: et possessio
nem eorū igni. Misit in eos
iram indignatiōis sue: indi
gnationem iram ꝛ tribula=
tionē/ immissiones per an=
gelos malos. Viā fecit se=
mite ire sue/ et nō pepercit
a morte aīarū eorū: ꝛ iumē=
ta eorum in morte cōclusit.
Et percussit omē primogē
nitum in terra egypti: pmi=
tias oīs laboris eorū in ta=
bernaclīs chā. Et abstulit
sicut oues populū suū: ꝛ per
duxit eos tanq̄ gregē in de
serto. Et deduxit eos in spe
ꝛ nō timuerunt: ꝛ inimicos
eorū operuit mare. Et indu
xit eos in mōtem sctīficatio
nis sue: mōtem quē acquisi
uit dextera eius. Et eiecit
a facie eorū gētes: ꝛ sorte di
uisit eis terram in funiculo
distributiōis. Et habitare
fecit in tabernaclīs eorū: tri

bus israel. t tentauerunt
τ exacerbauerũt deũ excel
sum: τ testimonia ei⁹ nõ cu-
stodierũt. t auerterũt se
et non seruauerũt pactum:
quẽadmodũ pr̃es eorũ con
uersi sunt in arcum prauuz.
n irã cõcitauerũt euz in
collibus suis τ in sculptili-
bus suis: ad emulationem
eum prouocauerunt. udi
uit deus τ spreuit: τ ad nihi
lũ redegit valde israel. t
repulit tabernaculũ silo: ta
bernaculũ suũ vbi habita-
uit in hoĩbus. t tradidit
in captiuitatẽ virtutẽ eorũ:
τ pulchritudinẽ eoꝝ in ma
nus inimici. t cõclusit in
gladio pplm̃ suũ: τ heredi-
tatẽ suã spreuit. uuenes
eorũ comedit ignis: τ virgi
nes eoꝝ nõ sunt lamentate.
acerdotes eoꝝ in gladio
ceciderũt: τ vidue eorũ non
plorabantur. t excitatus
est tanq̃ dormiẽs dñs: tanq̃
potens crapulatus a vino.
t pcussit inimicos suos ĩ
posteriora: opprobriũ sem-
piternum dedit illis. t re
pulit tabernaculũ ioseph: τ
tribũ effrem nõ elegit. ed
elegit tribũ iuda: mõtẽ syõ
quem dilexit. t edificauit
sicut vnicorniũ sacrificium
suũ: in terra quã fundauit ĩ
secula. t elegit dauid ser
uũ suum / τ sustulit eum de
gregibus ouium: de post fe
tãtes accepit eũ. ascere
iacob seruũ suũ: τ israel he-
reditatẽ suã. t pauit eos
in innocẽtia cordis sui: τ in
intellectibus manuũ suarũ
deduxit eos. loria.
Tu deus qui facis mirabilia.
Ps̃. Propitius.
Eus venerũt gẽtes in
hereditatem tuã / pol
luerũt tẽplũ sanctũ tuũ: po-
suerũt hierusalem in pomo
rũ custodiã. osuerũt mor
ticinia seruorũ tuorũ escas
volatilibus celi: carnes san
ctorum tuorũ bestijs terre.
ffuderũt sanguinẽ ipsoꝝ
tanq̃ aquã ĩ circuitu hiꝛl'z:
τ nõ erat q̃ sepeliret. acti
sum⁹ opprobriũ vicinis no
stris: subsannatio τ illusio
his q̃ in circuitu nr̃o sunt.
sq̃quo dñe irasceris in fi
nẽ: accẽdetur velut ignis ze
lus tuus. ffunde irã tuaz
in gẽtes q̃ te nõ nouerũt: et

in regna q̄ nomen tuū non inuocauerūt: ꝛ comederūt iacob: ꝛ locū eius desolauerūt. e memineris iniquitatū nr̄arū antiquaruz/ cito anticipēt nos mie tue: quia pauperes facti sumus nimis. diuua nos deꝰ salutaris noster/ ꝛ ꝓpter gloriā nominis tui domine libera nos: ꝛ ꝓpicius esto pctis nr̄is ꝓpter nomen tuū. e forte dicāt in gētibꝰ vbi est deus eorū: ꝛ innotescat in nationibus corā oculis nostris. ltio sanguis seruorū tuoꝝ q̄ effusus est: introeat in cōspectu tuo gemitꝰ cōpeditorū. cōz magnitudinē brachij tui: possidē filios mortificatorū. t redde vicinis nr̄is septuplū in sinu eoꝝ: improperiū ipsoꝝ qd̄ exprobrauerūt tibi dn̄e. os autē populus tuus et oues pascue tue: confitebimur tibi in scl'm. n generatiōe ꝛ gn̄ationē: annūciabimus laudem tuā.

Ui regis israel intende: qui deducis velut ouē ioseph. ui sedes sup cherubin manifestare coram efraim bēiamin ꝛ manasse. xcita potētiā tuā ꝛ veni: vt saluos facias nos. eꝰ cōuerte nos: ꝛ ostēde faciez tuā ꝛ salui erimꝰ. n̄e deꝰ virtutū quousqz irasceris: sup orōnē serui tui. ibabis nos pane lachrymarū: ꝛ potū dabis in lachrymis in mēsura. osuisti nos in cōtradictionē vicinis nr̄is: et inimici nr̄i subsannauerunt nos. eus virtutū cōuerte nos: ꝛ ostēde faciē tuā ꝛ salui erimꝰ. ineā de egypto trāstulisti eiecisti gentes ꝛ plātasti eam. ux itineris fuisti in ꝯspectu eius: ꝛ plātasti radices eiꝰ ꝛ impleuit terrā. peruit mōtes vmbra eius: ꝛ arbusta eius cedros dei. xtendit palmites suos vsqz ad mare: ꝛ vsqz ad flumē propagines eius. t quid destruxisti maceriā eius: ꝛ vindemiāt eā oēs qui pretergrediūtur viam. xterminauit eaz aper de silua: ꝛ singularis ferus depastus est eā. eꝰ v̄tutū cōuertere: respice de celo ꝛ vide/ ꝛ visita vineā istā. t perfice eam quaz plantauit

dextera tua: ⁊ sup filiũ hoīs
quē cōfirmasti tibi. Incen
sa igni ⁊ suffosa: ab increpa
tione vultus tui peribunt.
Fiat manus tua sup virũ
dextere tue: ⁊ sup filiũ hoīs
quē cōfirmasti tibi. Et nō
discedimus a te: viuifica-
bis nos / ⁊ nomē tuũ inuo-
cabimꝰ. Dñe deꝰ v̓tutũ cō
uerte nos: ⁊ ostēde faciē tuā
⁊ salui erimꝰ. Gloria.
Propicius esto pctis nr̄is domi
ne. Gaudebūt labia mea cuz
cātauero tibi. Et anima mea
quā redēmisti. sacerdotis.
Fiat mia tua domie sup nos.
Quēdamodũ sperauimus in te
In laud. añ Redde mihi leti-
ciam salutaris tui domine.
Miserere. Dñ. Do-
mine refugiũ.
Domine refugiũ factꝰ
es nobis: a gñatione
in generationem. Priusq̄
montes fierent aut forma-
retur terra et orbis: a secu-
lo ⁊ vsq̄ in seculũ tu es deꝰ.
Ne auertas hoiem in hu-
militatē: ⁊ dixisti cōuertimi
ni filii hoīm. Qm̄ mille an
ni ante oculos tuos: tanq̄
dies hesterna qui preteriit.

Et custodia in nocte q̄ pro
nihilo habentur: eorũ anni
erũt. Mane sicut herba trā
seat / mane floreat et trans-
seat: vespere decidat / indu-
ret ⁊ arescat. Quia defeci-
mus in ira tua: et in furore
tuo turbati sumus. Posui
sti iniquitates nr̄as in con-
spectu tuo: seculũ nostrũ in
illuminatiōe vultꝰ tui. Qm̄
oēs dies nr̄i defecerũt: et in
ira tua defecimꝰ. Anni nr̄i
sicut aranea meditabũtur:
dies annorum nostrorũ in
ipsis septuaginta anni. Si
aũt in potētatibus octogin
ta anni: ⁊ amplius eorũ la-
bor ⁊ dolor. Qm̄ superue-
nit mā suetudo: ⁊ corripie-
mur. Quis nouit potesta-
tē ire tue: ⁊ pre timore tuo
irā tuā dinumerare? Dexte
rā tuā sic notā fac: et erudi-
tos corde in sapientia. Cō
uertere dñe vsq̄quo: et de-
pcabilis esto super seruos
tuos. Repleti sumus ma-
ne mia tua: exultauimus et
delectati sumus in oīibus
diebus nostris. Letati su-
mus pro diebꝰ quibus nos
hũiliasti: annis quibꝰ vidi-

mus mala. Respice in seruos tuos et in opera tua: et dirige filios eorum. Et sit splendor dñi dei nostri sup nos: et opera manuũ nrarũ dirige super nos: et opus manuũ nrar dirige. Alia. Domine refugiũ factus es nobis. In matutinis domine meditabor in te. ps. Deus deus. In eternum.

Cantemus dño gl'iose enim honorificatus est: equũ et ascensorem proiecit in mare. Fortitudo mea et laus mea dñs: et factus es mihi in salutẽ. Iste deus meus et glorificabo eũ: deus patris mei et exaltabo eum. Dñs quasi vir pugnator oĩs nomẽ eius: currus pharaonis et exercitũ eius pieci in mare. Electi principes eius submersi sunt in mari rubro: abyssi operuerũt eos/ descẽderũt in profundũ quasi lapis. Dextera tua dñe magnificata est in fortitudie/ dextera tua dñe pcussit inimicũ: et in multitudine gl'ie tue deposuisti aduersarios meos. Misisti irã tuã que deuorauit eos sicut stipulã: et i spũ furoris tui congregate sunt aque. Stetit vnda fluens cõgregate sũt abyssi i medio mari. Dixit inimicus psequar et cõprehendam: diuidã spolia et implebitur aĩa mea. Euaginabo gladiũ meum: interficiet eos manus mea. Flauit spũs tu' et operuit eos mare: submersi sunt q̃si plũbum in aquis vehementibus. Quis similis tui in fortibus dñe/ quis similis tui magnificus in sctitate: terribilis atq; laudabilis et faciẽs mirabilia. Extendisti manuũ tuã: et deuorauit eos terra. Dux fuisti in misericordia tua: populo quẽ redemisti. Et portasti eum in fortitudine tua: ad habitaculũ sctm tuũ. Ascenderunt ppĩi et irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores philisthijm. Tunc cõturbati sũt pncipes edõ/ robustos moab obtinuit tremor: obriguerunt oẽs habitatores chanaã. Irruit sup eos formido et pauor: in magnitudine brachij tui. Fiant

immobiles quasi lapis/do
nec pertrāseat pplus tuus
dñe:donec ptrāseat pplus
tuus iste quem possedisti.
ntroduces eos ⁊ planta
bis i mōte hereditatis tue:
firmissimo habitaclo tuo/
qđ opatus es dñe. āctua
riū tuū dñe qđ firmauerunt
manus tue:dñs regnabit in
eternū ⁊ vltra. ngressus
est enim eques pharao cuz
curribus ⁊ equitibus eius
in mare:⁊ reduxit super eos
dñs aquas maris. ilii au
tē israel ambulauerunt per
siccuz:in medio eius. lo
ria. In eternū dñs regna=
bit ⁊ vltra Cātate dño cā=
ticum nouum. Laudate.
Dñe miserere.
Ecce iā noctis.
In matutinis dñe me
ditabor in te. Quia fuisti ad=
iutor me⁹.
Ad dādā sciētiā plebi tue dñe in
remissionē pctōꝝ eorum.
Bñdictus. ¶
Dominū qui fecit nos
venite adoremus. Venite
exultemus. Nocte
surgentes. Exul=
tate. psalmus dauid.


Xultate deo ad=
iutori nr̄o:iubila
te deo iacob. u
mite psalmum et
date tympanū: psalteriū io
cūdū cū cithara. uccina
te in neomenia tuba:in insi
gni die solennitatis vestre.
⁊ pceptū in isrl est:⁊ iu=
diciū deo iacob. estimo=
niū in ioseph posuit illō:cū
exiret de terra egypti:linguā
quam nō nouerat audiuit.
iuertit ab oneribus dor
sum eius:manus eius in co
phino seruierūt. n tribu
latiōe inuocasti me ⁊ libera
ui te/⁊ exaudiui te in abscō
dito tēpestatis: pbaui te a=
pud aquā contradictionis.
udi ppls me⁹ ⁊ cōtesta=
bor te:isrl si audieris me nō
erit in te deus recens/neq̄
adorabis deū alienū. go
enī sum dñs deus tuus/qui
eduxi te de terra egypti: di
lata os tuū ⁊ implebo illud
t nō audiuit pplus me⁹
vocē meā:⁊ israel non inten
dit mihi. t dimisi eos se=
cūdū desideria cordis eorū:
ibūt in adinuētionib⁹ suis.
i pplus me⁹ audisset me:

israel si in vijs meis ambu-
lasset. ro nihilo forsitam
inimicos eoꝝ humiliassez: ꝛ
sup tribulātes eos misissez
manū meā. nimici domi
ni mentiti sunt ei: et erit tē-
pus eorum in secula. t ci
bauit illos ex adipe frumē
ti: et de petra melle satura-
uit eos. Gla

Eus stetit i sinagoga
deoꝝ: in medio autē
deos dijudicat. sqꝫquo
iudicatis iniqtatē: ꝛ facies
pctōꝝ sumitis: udicate
egeno ꝛ pupillo: humilē et
pauperē iustificate. ripi
te pauperē ꝛ egenū: de ma-
nu peccatoris liberate. es
cierūt neqꝫ intellexerūt in
tenebris ābulāt: mouebunt
oia fundamēta terre. go
dixi dij estis: et filij excelsi
omes. os aūt sicut hoies
moriemini: et sicut vnus de
pncipibꝰ cadetis. urge deꝰ
iudica terrā: qm̄ tu heredi-
tabis in oibꝰ gētibꝰ. lia.
Exultate deo adiutori nro.
Tu solꝰ altissimꝰ.

Eus qs silis erit tibi:
ne taceas neqꝫ cōpes
caris deꝰ. m̄ ecce inimici
tui sonuerūt: ꝛ q̄ oderūt te/
extulerūt caput. up pplꝫ
tuū malignauerūt cōsiliuz:
ꝛ cogitauerūt aduersus san
ctos tuos. ixerūt venite
ꝛ disꝑdamus eos de gēte: ꝛ
nō memoretur nomē israel
vltra. m̄ cogitauerūt vna
nimiter/ simul aduersum te
testamētuz disposuerunt: ta
bernacula idumeorum ꝛ is-
maelite. oab ꝛ agareni
gebal ꝛ amon et amalech:
alienigene cū habitātibus
tyrū. tenīz assur venit cū
illis: facti sunt in adiutoriū
filijs loth. ac illis sicut
madiā ꝛ sysare: sicut iabin
in torente cyson. isperie-
rūt in endor: facti sūt vt ster
cus terre. one principes
eoꝝ sicut oreb ꝛ zeb: ꝛ zebee
ꝛ salmana. ēs principes
eoꝝ qui dixerūt: heredi tate
possideamꝰ sanctuariū dei.
eus meus pone illos vt
rotā: ꝛ sicut stipulā añ faciē
vēti. icut ignis q̄ cōburit
siluā: ꝛ sicut flāma cōburēs
mōtes. ta ꝑseq̄ris illos i
tēpestate tua ꝛ i ira tua tur
babis eos. mple facies
eoꝝ ignominia: ꝛ q̄rēt no-

mē tuū dñe. Erubescant et cōturbent in seculū seculi: ꝛ confundantur ꝛ pereant. Et cognoscāt quia nomē tibi dñs tu solus altissimus in omni terra.

Quā dilecta tabernacula tua dñe virtutū: cōcupiscit ꝛ deficit aīa mea in atria dñi. Cor meū ꝛ caro mea: exultauerūt in deū viuū. Et enim passer inuenit sibi domū: ꝛ turtur nidum vbi reponat pullos suos. Altaria tua dñe virtutum: rex meus et deus meꝰ. Beati qui habitant in domo tua dñe: in secula seculorū laudabūt te. Beatus vir cuius est auxiliū abs te: ascēsiones in corde suo disposuit/ in valle lachrimarum in loco quē posuit. Et enim bñdictionem dabit legislator/ ibunt de virtute in v̄tutē: videbitur deus deorū in syō. Dñe deus v̄tutū exaudi orationē meā: aurībꝰ percipe deꝰ iacob. Protector noster aspice deus: ꝛ respice in faciē xp̄i tui. Quia melior ē dies vna in atriis tuis: sup milia. Elegi abiectus esse i domo dei mei: magis q̄ habitare i tabernaculis peccatorū. Quia miam et veritatē diligit deus: grām ꝛ gloriam dabit dñs. Non priuabit bonis eos qui ambulāt in innocentia dñe virtutum beatus homo q̄ sperat in te. Gloria. Añа. Tu solus altissimꝰ super oēm terrā.

Añа. Bñdixisti.

Benedixisti dñe terraꝫ tuā: auertisti captiuitatē iacob. Remisisti iniq̄tatem plebis tue: operuisti oīa pctā eorum. Mitigasti oēm irā tuā: auertisti ab ira indignationis tue. Conuerte nos deꝰ salutaris noster: ꝛ auerte iram tuā a nobis. Nunq̄d in eternū irasceris nobis: aut extēdes irā tuā a generatiōe in gñationē? Deus tu cōuersus viuificabis nos: ꝛ plebs tua letabit̄ in te. Ostēde nobis domine miam tuā: ꝛ salutare tuū da nobis. Audiā quid loquat̄ in me dñs deus: qm̄ loquetur pacem in plebem suam. Et sup sctōs suos: ꝛ in eos qui cōuertūtur ad cor. Ueruntamen prope timentes

eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nr̃a. iar veritas obuiarunt sibi: iusticia et pax osculate sunt. Veritas de terra orta est et iusticia de celo prospexit. tenim dñs dabit benignitatē: et terra nr̃a dabit fructū suū. usticia ante eum ambulabit: et ponet in via gressus suos.

Nclina dñe aurē tuā et exaudi me: qm̃ inops et pauper sum ego. ustodi aīam meā qm̃ sanctus sum: saluū fac seruū tuum deus meus sperantē in te. iserere mei dñe/ qm̃ ad te clamaui tota die: letifica aīam serui tui/ qm̃ ad te dñe aīaz meam leuaui. m̃ tu dñe suauis et mitis/ et multe mie oībus inuocātibus te. uribus pcipe dñe orationem meā: et intende voci deprecationis mee. n die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudisti me. on est similis tui in diis dñe: et non est secūduz opera tua. mnes gentes quascunqꝫ fecisti venient et adorabunt corā te dñe: et glorificabunt nomē tuū. m̃ magnꝰ es tu: et faciēs mirabilia tu es deꝰ solus. educ me dñe in via tua/ et ingrediar in veritate tua: letet̃ cor meū/ vt timeat nomen tuū. onfitebor tibi dñe deus meus in toto corde meo: et glorificabo nomen tuū in eternū. uia mia tua magna est sup me: et eruisti aīam meaz ex inferno inferiori. eus iniqui insurrexerunt super me/ et sinagoga potentium quesierunt aīam meā: et nō proposuerunt te in conspectu suo. t tu dñe deus miserator et misericors: patiēs et multe mie et verax. espice in me et miserere mei: da imperiū tuū puero tuo/ et saluū fac filiū ancille tue. ac meū signum in bonū/ vt videant qui oderunt me et confundantur: qm̃ tu dñe adiuuisti me et consolatus es me. loria. Benedixisti domine terram tuam.

Fundamenta.

Undamenta eius in montibus sanctis: diligit dñs portas syon/ super omnia tabernacula iacob.

riosa dicta sũt de te:ciui
tas dei. emor ero raab: ꝛ
babylonis:scientiũ me. c
ce alienigene et tyrus ꝛ po
pulus ethiopum:hi fuerũt
illic. ũquid syõ dicet hõ/
ꝛ hõ natꝰ est in ea:ꝛ ipse fun
dauit eã altissimus. ñs
narrabit in scripturis popu
loꝝ ꝛ p̃ncipũ hoꝝ q̃ fuerũt:
in ea. icut letãtiũ oĩm:ha
bitatio est in te

Omine deus salutis
mee:in die clamaui ꝛ
nocte coram te. ntret in
cõspectu tuo oro mea: incli
na aurẽ tuã ad p̃cem meã.
uia repleta ẽ malis aĩa
mea:et vita mea in inferno
appropinquauit. stima=
tus sum cũ descendentibus
in lacũ:factus sum sicut hõ
sine adiutorio/ inter mor=
tuos liber. icut vulnera=
ti dormiẽtes in sepulchris/
quoꝝ nõ es memor ampliꝰ
ꝛ ipsi de manu tua repulsi
sunt. osuerũt me in lacu
inferiori:in tenebrosis ꝛ in
vmbra mortis. uper me
confirmatus est furor tuus:
ꝛ oẽs fluctꝰ tuos induxisti
sup me. onge fecisti no=
tos meos a me: posuerunt
me ab hominatiõnem sibi.
raditus sum ꝛ non egre=
diebar:oculi mei laguerũt
pre inopia: lamaui ad te
domĩe:tota die expandi ad
te manus meas. unquid
mortuis facies mirabilia:
aut medici suscitabũt ꝛ cõ=
fitebuntur tibi? unquid
narrabit aliq̃s in sepulchro
misericordiã tuã:ꝛ veritatẽ
tuã in p̃ditiõe? ũquid co
gnoscent in tenebris mira=
bilia tua:ꝛ iusticia tua i ter
ra obliuionis. t ego ad
te dñe clamaui:ꝛ mane oro
mea p̃ueniet te. t q̃d dñe
repellis orõnẽ meã:auertis
faciẽ tuã a me? aup sum
ego/ ꝛ in laboribus a iuuen
tute mea:exaltatus aũt hu=
miliatus sum ꝛ cõturbatꝰ.
n me trãsierũt ire tue:et
terrores tui cõturbauerũt
me. ircũdederũt me sicut
aq̃ tota die : circũdederunt
me simul. longasti a me
amicũ ꝛ proximum: et notos
meos a miseria. loria pa
tri.ꝛc. Fundamenta eius
in montibus sanctis. Be=
nedictus.

Isericordias dñi: in eternũ cantabo. n gñatiõe ꝛ gñationẽ: annũciabo veritatẽ tuã in ore meo. m dixisti in eternũ mia hereditabit in celis: ꝑparabit veritas tua i eis. ispo sui testamẽtũ electꝫ meis iuraui dauid seruo meo: vsqꝫ in eternum ꝑparabo semen tuũ. t edificabo i gñatione ꝛ generatiõe: sedẽ tuã. õfitebunt celi mirabilia tua dñe: etem veritatẽ tuã in ecclia sctõꝝ. m quis i nubib⁹ equabit dño: similis erit deo in filijs dei. e⁹ q glificat in cõsilio sctõꝝ: magn⁹ ꝛ terribilis sup oẽs qui in circuitu ei⁹ sũt. ñe de⁹ ṽtutũ qs similis tibi? potẽs es dñe/ ꝛ ṽitas tua i circuitu tuo. u dñaris ptãti marꝫ: motũ aũt fluctuũ ei⁹ tu mitigas. u humiliasti sicut vulneratũ superbuꝫ: in brachio ṽtutis tue dispsisti inimicos tuos. ui sunt celi ꝛ tua est terra/ orbẽ terre et plenitudinẽ ei⁹ tu fundasti: aqlonem ꝛ mare tu creasti. habor ꝛ hermon in noie tuo exultabũt: tuũ brachiũ cũ potẽtia. irmet manus tua ꝛ exaltet dextera tua: iusticia ꝛ iudiciũ ꝑparatio sedis tue. ia ꝛ veritas pcedẽt faciẽ tuã: btũs ppls qui scit iubilationẽ. ñe i lũie vult⁹ tui ãbulabũt/ ꝛ i noie tuo exltabũt tota die: ꝛ iniusticia tua exaltabunt. m glia virtutis eoꝝ tu es: ꝛ in bñplacito tuo exaltabit cornu nrꝫ. ꝛ dñi est assũptio nra: ꝛ sancti israel regis nri. ũc locutus es in visione sanctis tuis et dixisti: posui adiutoriũ in potente/ ꝛ exaltaui electũ ꝺ plebe mea nueni dauid seruũ meũ: oleo sctõ meo vnxi eũ. anus em mea auxiliabit ei: ꝛ brachiũ meũ cõfortabit eũ. ihil pficiet inimic⁹ in eo: ꝛ fili⁹ iniqtatis nõ apponet nocere ei. t ꝯcidã a facie ipsius inimicos ei⁹: ꝛ odiẽtes eũ in fugã cõuertã. t veritas mea ꝛ mia mea cuꝫ ipso: ꝛ in noie meo exaltabitur cornu eius. t ponã in mari manũ eius: ꝛ in flumnib⁹ dexterã eius. pse inuocauit me pater meus es tu: de⁹ me⁹/ ꝛ susceptor sa-

lutis mee. go primogeni
tum ponā illū: excelsum pre
regibus terre. n eternū
seruabo illi miam meā: et te
stamentū meum fidele ipsi.
t ponam in seculū seculi
semē eius: et thronū eius si=
cut dies celi. i autē dere=
linquerint filij eius legem
meā: et si in iudicijs meis
nō ambulauerint. i iusti=
cias meas prophanauerint:
et mandata mea nō custodie
rint. isitabo in virga ini
quitates eorū: et in verberi=
bus peccā eorū: iam autē
meā nō dispergā ab eo: neqꝫ
nocebo in veritate mea. e=
qꝫ pphanabo testamētum
meū: et q̄ procedūt de labijs
meis nō faciam irrita. e=
mel iuraui in sancto meo/ si
dauid mētiar: semē eius in
eternū manebit. t thronꝰ
eius sicut sol in conspectu
meo: et sicut luna pfecta in
eternū/ et testis in celo fide
lis. u vero repulisti et de=
spexisti: distulisti christū tuū
uertisti testamētū serui
tui: pphanasti in terra san=
ctuariū eius. estruxisti
oēs sepes eius: posuisti fir=
mamētū eius formidinem.
iripuerunt eū oēs trāsi=
euntes viam: factus est op=
probriū vicinis suis. xal=
tasti dexteram deprimētiū
eū: letificasti oēs inimicos
eius. uertisti adiutoriū
gladij eius: et nō es auxilia=
tus ei in bello. estruxisti
eum ab emundatione et se=
dem eius in terra collisisti.
inorasti dies tēporis eiꝰ:
perfudisti eum confusione.
sqꝫquo dn̄e auertis in fi=
nem: exardescet sicut ignis
ira tua. emorare q̄ mea
substātia: nūquid enim va=
ne ↄstituisti oēs filios hoīm.
uis est hō q̄ viuet et non
videbit mortē: eruet aiam
suā de manu inferi? bi sūt
mīe tue antiq̄ dn̄e: sicut iu=
rasti dauid in veritate tua?
emor esto dn̄e opprobrij
seruorū tuorū: qđ cōtinui in
sinu meo multarū gentium
uod exprobrauerūt ini=
mici tui dn̄e: qđ exprobraue
runt commutationem christi
tui. n̄s dn̄s in eternum:
fiat fiat.
Eus vltionū dn̄s: deꝰ
vltionū libere egit.

[E]xaltare qui iudicas terrã: redde retributionẽ supbis. [U]squequo pctõres dñe: vsq3 quo pctõres gloriabuntur? [E]ffabuntur & loquẽtur iniquitatẽ: loquent oẽs q opẽrantur iniusticiã. [P]opulũ tuum dñe humiliauerũt: et hereditatẽ tuã vexauerũt. [V]iduã & aduenam interfecerunt: et pupillos occiderunt. [E]t dixerũt non videbit dñs: nec intelliget deus iacob. [I]ntelligite insipiẽtes in populo: et stulti aliquando sapite. [Q]ui plãtauit aurem nõ audiet: aut q finxit oculũ nõ considerat. [Q]ui corripit gẽtes non arguet: qui docet hoiem sciẽtiã. [D]ñs scit cogitationes hoim: qm vane sunt. [B]eat[us] homo quẽ tu erudieris domine: & de lege tua docueris eum. [U]t mitiges ei a dieb[us] malis: donec fodiatur peccatori fovea. [Q]uia nõ repellet dominus plebẽ suã: et hereditatem suã nõ derelinquet. [Q]uo ad vsq3 iusticia conuertatur in iudiciũ: & qui iuxta illã oẽs qui recto sunt corde. [Q]uis consurget mihi aduersus malignãtes: aut quis stabit mecum aduersus operãtes iniquitatez? [N]isi quia dñs adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea. [S]i dicebam motus est pes meus: misericordia tua dñe adiuuabat me. [S]ecunduz multitudinem dolorũ meorũ in corde meo: cõsolationes tue letificauerũt animã meã. [N]ũquid adhereret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in precepto? [C]aptabũt in animã iusti: & sanguinẽ innocentem cõdemnabunt. [E]t factus est mihi dñs in refugiuz: & deus meus in adiutoriũ spei mee. [E]t reddet illis iniquitatez ipsorũ/ & in malicia eorũ disperdet eos: disperdet illos dñs deus noster. [G]loria. [Añ.]
Bñdictus dñs in eternũ. [Añ.]
Cantate dño. [Ps. ...]

[C]Antate dño canticuz nouũ: cantate dño oĩs terra: [C]ãtate dño et bñdicite noĩ eius: annunciate de die in diem salutare eius. [A]nnũciate inter gẽtes gloriam eius: in oĩbus populis

mirabilia eius. [Q]m magnus dñs et laudabilis nimis: terribilis est sup oēs deos. [Q]m oēs dij gentiū demonia: dñs autem celos fecit. [C]ōfessio et pulchritudo in cōspectu eius: sanctimonia et magnificētia in sanctificatione eius. [A]fferte dño patrie gentiū/ afferte dño gloriam et honorem: afferte dño gloriā noī eius. [T]ollite hostias et introite in atria ei⁹: adorate dñm in atrio sctō eius. [C]ōmoueat a facie ei⁹ vniuersa terra: dicite in gētibus quia dñs regnauit. [E]t enim correxit orbē terre qui nō cōmouebitur: iudicabit populos in equitate. [L]etent celi et exultet terra/ cōmoueatur mare et plenitudo eius: gaudebūt cāpi et oīa q̄ in eis sunt. [T]unc exultabūt omnia ligna siluarū a facie dñi: quia venit quoniam venit iudicare terram. [I]udicabit orbem terre in equitate: et pplos in veritate sua.

[D]Ominus regnauit exultet terra: letent insule multe. [N]ubes et caligo in circuitu ei⁹: iusticia iudicium correctio sedis eius. [I]gnis ante ipsum pcedet: et inflāmabit in circuitu inimicos eius. [A]lluxerūt fulgura eius orbi terre: vidit et cōmota est terra. [M]ōtes sicut cera fluxerunt a facie dñi: a facie dñi omis terra. [A]nnūciauerūt celi iusticiā eius: et viderūt oēs ppl'i gloriam eius. [C]ōfundant oēs qui adorāt sculptilia: et qui gloriant i simulachris suis. [A]dorate eū oēs angeli ei⁹: audiuit et letata est syō. [E]t exultauerūt filie iude propter iudicia tua dñe. [Q]uoniā tu dñs altissimus super oēm terrā: nimis exaltatus es super oēs deos. [Q]ui di ligitis dñm odite malū/ custodit dñs aīas sctōꝝ suoꝝ: de manu pctōris liberauit eos. [L]ux orta est iusto: et recti s corde leticia. [L]etamini iusti in dño: et cōfitemini memorie scīficatiōis eius. [G]loria. Cantate dño et benedicite noī ei⁹. Intret oro mea in cōspectu tuo. Inclina aurē tuā ad precem meā. Fiat mia tua dñe sup

nos. Quemadmodũ sperauimus in te.. [illegible] Sacrificiũ deo spiritus contribulatus. ps Miserere. [illegible] In veritate tua. [illegible]
Omine exaudi orõnẽ meã: auribus percipe obsecrationẽ meã in veritate tua/ exaudi me in tua iusticia. [E]t nõ intres in iudiciũ cũ seruo tuo: q2 nõ iustificabit̃ in cõspectu tuo oĩs viuens. [Q]uia psecutus est inimicus aĩam meã: hũiliauit in terra vitã meã. [C]ollocauit me ĩ obscuris sicut mortuos seculi: et anxiatus est sup me spũs me⁹/ in me turbatum est cor meũ. [M]emor fui diex antiquox/ meditatus sũ in oĩbus opib⁹ tuis: ⁊ in factis manuũ tuarum meditabar. [E]xpandi man⁹ meas ad te: aĩa mea sicut terra sine aq̃ tibi. [V]elociter exaudi me dñe: defecit spũs meus. [N]õ auertas faciẽ tuã a me: ⁊ similis ero descẽdẽtibus in lacum. [A]uditam fac mihi mane miam tuã: q2 in te speraui. [N]otã fac mihi viã in qua ambulẽ: q2 ad te leuaui aĩaz meã. [E]ripe me d inimicis meis dñe ad te confugi: doce me facere volũtatem tuã quia deus meus es tu. [S]piritus tuus bonus deducet me in terram rectã: propter nomẽ tuũ dñe viuificabis me in equitate tua. [E]duces de tribulatione aĩam meã: ⁊ in mĩa tua disp̃des oẽs inimicos meos. [E]t perdes oẽs qui tribulãt aĩam meã: qm̃ ego seruus tuus sũ. [G]lia. [illegible] In veritate tua exaudi me dñe. [illegible] Illumina dñe vultũ tuũ super nos. [illegible] Deus de⁹ meus. [illegible] Dñe audiui. [illegible]
Omine audiui auditũ tuã: ⁊ timui. [D]ñe opus tuum: in medio annorum viuificã illud. [I]n medio annorũ notũ facies: cũ iratus fueris misericordie recordaberis. [D]eus ab austro veniet: ⁊ sanct⁹ de monte pharam. [O]peruit celos glĩa eius: ⁊ laudis eius plena est terra. [S]plendor ei⁹ vt lux erit: cornua in manibus eius. [I]bi abscondita est fortitudo eius: ante faciẽ eius ibit mors. [E]gredie[tur]

diabolus ante pedes eius: stetit et mensus est terram. Aspexit et dissoluit gētes: et cōtriti sunt mōtes seculi. Incuruati sunt colles mū di: ab itinerib9 eternitatis eius. Pro iniquitate vidi tētoria ethiopie: turbabūt pelles t̄rre madiā. Nūquid in fluminibus irat9 es dn̄e: aut in fluminib9 furor tu9/ vel in mari indignatio tua? Qui ascendes sup equos tuos: et quadrige tue saluatio. Suscitās suscitabis arcū tuū: iuramēta tribubus q̄ locut9 es. Fluuios scindes terre/ viderūt te et doluerūt mōtes: gurges aquarū transijt. Dedit abyssus vocē suam: altitudo manus suas leuauit. Sol et luna steterūt in habitaculo suo/ in luce sagittarū tuarū: ibunt in splēdore fulgurantis haste tue. In fremitu conculcabis terrā: et in furore obstupefacies gētes. Egressus es in salutē ppl̄i tui: in salutē cū xp̄o tuo. Percussisti caput de domo impii: denudasti fundamētū eius vsq ad collū. Maledixisti sceptris eius: capiti bellatorum eius: veniētib9 vt turbo ad dispgēdū me. Exultatio eorū: sicut eius qui deuorat pauperē in abscondito. Viā fecisti in mari equis tuis: in luto aquaꝝ multaꝝ. Audiui et turbatus est venter meus: a voce cōtremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo in ossib9 meis: et subter me scateat. Ut requiescā in die tribulatiōis: et ascendam ad populū accinctum nostꝛū. Ficus nō florebit et nō erit germen in vineis. Mētictur opus oliue: et arua nō afferent cibū. Abscidetur d ouili pecus: et non erit armentum in presepibus. Ego autē in dn̄o gaudebo: et exultabo in deo iesu meo. Deus dn̄s fortitudo mea: et ponet pedes meos quasi ceruorū. Et super excelsa mea dducet me: victor in psalmis canētem. Gloria. An. Domine audiui auditum tuum et timui. Ans. In sanctis eius laudate deum. Ps. Laudate. Ca. Uꝰ. Ant. Dn̄e miserere. Ca. Hymnus. Ecce iā noctis. Ca. Uꝰ. In

matutinis domine meditabor in te. Qr fuisti adiutor meus. Sabbato. Ant. Per viscera mie dei nri in quibus visitauit nos oriens ex alto. Canticum. Benedictus. fol. xii. ¶ Sabbato inuita. Dominū deū nostrum venite adoremus. Ps. Venite exultemus. Hym. Nocte surgentes. Capitulum. Quia mirabilis. Psalmus dauid. xcvii.



Antate dño canticū nouum: quia mirabilia fecit. Saluauit sibi dextera eius: et brachium sanctum eius. Notum fecit dominus salutare suum: in cōspectu gentium reuelauit iusticiam suam. Recordatus est misericordie sue: et veritatis sue domui israel. Uiderunt omnes termini terre: salutare dei nostri. Iubilate deo omnis terra: cantate et exultate et psallite. Psallite domino in cythara/ in cythara et voce psalmi: in tubis ductilibus et voce tube cornee. Iubilate in conspectu regis domini/ moueat mare et plenitudo eius: orbis terrarum et qui habitant in eo. Flumina plaudēt manu simul/ montes exultabunt a cōspectu dñi: quoniā venit iudicare terrā. Iudicabit orbē terrarū in iusticia: et populos in eqtate. Ps. xcviii.

Dominus regnauit irascātur populi: qui sedes super cherubin moueatur terra. Dñs in syō magnus: et excelsus sup oēs populos. Cōfiteātur noi tuo magno/ qm terribile et sanctū est: et honor regis iudiciū diligit. Tu parasti directiones: iudiciū et iusticiā in iacob tu fecisti. Exaltate dñm deū nrm / et adorate scabellū pedum eius: qm sanctū est. Moyses et aarō in sacerdotibus eius: et samuel inter eos qui inuocāt nomen eius. Inuocabant dñm et ipse exaudiebat eos: et in colūna nubis loquebātur ad eos. Custodiebant testimonia eius: et preceptū quod dedit illis. Domine deus noster tu exaudiebas eos: deus tu propitius fuisti eis / et vlciscēs in omnes adinuentiones eorum. Exal-

tate dñm deũ nrm:ꝛ adorate in mõte sctõ ei⁹/ qm̃ sanctus dñs deus nr. Gloria.

Quia mirabilia fecit dñs.

Jubilate deo.

Jubilate deo oĩs terra: seruite dño in leticia. Introite in conspectu ei⁹: in exultatione. Scitote qm̃ dñs ipse est deus: ipse fecit nos et nõ ipsi nos. Popul⁹ eius et oues pascue eius introite portas eius in cõfessione:atria eius in hymnis confitemini illi. Laudate nomen eius qm̃ suauis est dñs:in eternuz mĩa eius et vsq3 in generatione et gñsationem veritas eius.

Misericordiã ꝛ iudiciũ cantabo tibi domine psallã ꝛ intelligam in via immaculata:qñ venies ad me. Per ambulabã in innocẽtia cordis mei: in medio dom⁹ mee. Nõ ꝓponebã ante oculos meos rẽ iniustã:faciẽtes ꝑuaricatiões odiui. Nõ adhesit mihi cor prauũ:declinãtem a me malignuz nõ cognoscebã. Detrahentez secreto proximo suo:ꝛ hũc perseq̃bar. Superbo oculo ꝛ insatiabili corde:cũ hoc nõ edebã. Oculi mei ad fideles tre vt sedeãt mecũ: ambulans in via immac'lata hic mihi ministrabat. Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam:qui loquit iniqua non direxit in cõspectu oculorum meorũ. In matutino interficiebã oẽs pctõres terre:vt disꝑderẽ ð ciuitate dñi oẽs operãtes iniq̃tatẽ. Gl'ia. Jubilate deo oĩs terra. Clamor me⁹.

Domine exaudi orõnẽ meã:ꝛ clamor me⁹ ad te veniat. Nõ auertas faciẽ tuã a me:in quacũq3 die tribulor inclina ad me aurem tuã. In quacũq3 die inuocauero te:velociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei:ꝛ ossa mea sicut cremiũ aruerunt. Percussus sum vt fenũ/ꝛ aruit cor meũ:qꝛ oblit⁹ suz comedere panẽ meũ. A voce gemitus mei: adhesit os meũ carni mee. Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domicilio. Vigilaui ꝛ fa

ctus sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et qui laudabant me aduersum me iurabant. Quia cinerem tanquam panem manducabam: et potum meum cum fletu miscebam. A facie ire indignationis tue: quia eleuans allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerunt: et ego sicut fenum arui. Tu autem domine in eternum permanes: et memoriale tuum in generatione et generationem. Tu exurgens misereberis syon: quia tempus miserendi eius quia venit tempus. Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: et terre eius miserebuntur. Et timebunt gentes nomen tuum domine: et omnes reges terre gloriam tuam. Quia edificauit dominus syon: et videbitur in gloria sua. Respexit in orationem humilium: et non spreuit precem eorum. Scribantur hec in generatione altera: et populus qui creabitur laudabit dominum. Quia prospexit de excelso sancto suo dominus de celo in terram aspexit. Ut audiret gemitus compeditorum: vt solueret filios interemptorum. Et annuncient in syon nomen domini: et laudem eius in hierusalem. In conueniendo populos in vnum: et reges vt seruiant domino. Respondit ei in via virtutis sue: paucitatem dierum meorum nuncia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione et generationem anni tui. Initio tu domine terram fundasti: et opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt tu autem permanes et omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur: tu autem idem ipse es / et anni tui non deficient. Filij seruorum tuorum habitabunt: et semen eorum in seculum dirigetur. [illegible]

Benedic anima mea domino et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea domino: et noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia et miserationibus. Qui replet in bonis desiderium

tuum: renouabitur vt aqle iuuẽtus tua. Faciẽs mias dñs ⁊ iudicium: oĩbus iniuriam patiẽtibus. Notas fecit vias suas moysi: filijs israel volũtates suas. Miserator et misericors dñs longanimis ⁊ multum misericors. Non in perpetuũ irascetur: neq͂ in eternum cõminabitur. Non scd'm pctã nostra fecit nobis: neq͂ scd'z iniquitates nr̃as retribuit nobis. Qm̃ secũdũ altitudinẽ celi a terra: corroborauit miam suã sup timentes se. Quantũ distat ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniq̃tates nr̃as. Quomodo miseret̃ pr̃ filioꝝ misertus est dñs timẽtibus se: qm̃ ipse cognouit figmẽtũ nr̃m. Recordat⁹ est qm̃ puluis sumus: hõ sicut fenum dies eius tanq̃ flos agri sic efflorebit. Qm̃ spũs ptransibit in illo ⁊ non subsistet: ⁊ nõ cognoscet amplius locũ suũ. Mia autẽ dñi ab eterno et vsq͂ in eternũ: sup timentes eũ. Et iusticia illi⁹ in filios filioꝝ: his qui seruant testamentũ eius. Et memores sunt mandatoꝝ ipsius: ad faciendũ ea. Dñs in celo parauit sedem suã: ⁊ regnum ipsius oĩbus dominabitur. Benedicite domino oẽs angeli eius: potẽtes virtute facientes verbũ illius: ad audiendã vocem sermonũ eius. Benedicite dño oĩes virtutes eius: ministri eius qui facitis volũtatez eius. Benedicite dño oĩa opera eius: in omni loco dñationis eius/ bñdic anima mea dño. Glia. Ant. Clamor meus ad te veniat de⁹. Ant. Benedic. Psalm⁹ ciij.

Benedic aĩa mea dño: dñe deus me⁹ magnificatus es vehementer. Cõfessionẽ ⁊ decorẽ induisti: amict⁹ lumine sicut vestimẽto. Extendẽs celũ sicut pellem: qui tegis aq̃s supiora eius. Qui ponis nubẽ ascẽsum tuũ: qui ambulas super pennas ventorũ. Qui facis angelos tuos spũs: ⁊ ministros tuos ignẽ vrẽtẽ. Qui fundasti terrã super stabilitatẽ suã: ⁊ non inclinabit̃ in seculũ seculi. Abbyssus sicut vestimẽtũ amictus ei⁹:

super mõtes stabunt aque. Ab icrepatiõe tua fugiēt: a voce tonitrui tui formida bunt. Ascendunt montes & descendūt campi: in locū quem fundasti eis. Termi num posuisti quē non trans= gredientur: neqꝫ conuertē= tur operire terram. Qui e= mittis fontes in cõuallibꝰ: inter mediū montium per= transibunt aque. Potabūt oēs bestie agri: expectabūt onagri in siti sua. Sup ea volucres celi habitabunt: de medio petrarum dabūt voces. Rigās mõtes de su perioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra. Producens fenum iumentis: et herbam serui= tuti hominum. Ut educas panem de terra: & vinum le tificet cor hominis. Ut ex= hilaret faciem in oleo: & pa nis cor hoīs cõfirmet. Sa= turabuntur ligna campi/ & cedri libani quas plātauit: illic passeres nidificabunt. Herodij domus dux est co rum mõtes excelsi ceruis/ petra refugiū herinacijs. Fecit lunam in tēpora: sol

cognouit occasuz suū. Po suisti tenebras et facta est nox: in ipsa ptrāsibunt oēs bestie silue. Catuli leonuz rugientes vt rapiant: & que rant a deo escam sibi. Ortꝰ est sol et congregati sunt: et in cubilibus suis colloca= būtur. Exibit hõ ad opus suum: & ad operationē suaz vsqꝫ ad vesperam. Quam magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapien= tia fecisti/ impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnū & spaciosuz manibꝰ: illic reptillia quorū non est numerus. Animalia pusil= la cū magnis: illic naues p= transibūt. Draco iste quē formasti ad illudendum ei: oia a te expectant / vt des illis escā in tempore. Dāte te illis colligent: aperiente te manū tuā oia implebun= tur bonitate. Auertente au tem te faciem turbabūtur: auferes spiritū eorum et de ficient/ et in puluerem suū reuertentur. Emitte spūm tuū & creabuntur: & renoua bis faciem terre. Sit glīa dñi in seculū: letabitur dñs

in operibus suis. Qui respicit terrã & facit eam tremere: qui tangit mõtes & fumigãt. Cantabo dño in vita mea: psallã deo meo q̃diu suz. Iocundũ sit ei eloquium meũ ego vero delectabor in dño. Deficiãt peccatores a terra/ & iniqui ita vt nõ sint: benedic aia mea domino. Psal. dauid. ciiij.

Confitemini dño & inuocate nomẽ eius: annunciate inter gẽtes opera eius. Cantate ei et psallite ei: narrate oĩa mirabilia ei⁹ Laudamini in noie sancto eius: letetur cor querentiũ dñz. Querite dñz & ɔfirmamini: q̃rite faciẽ eius semp. Memẽtote mirabiliũ eius q̃ fecit: prodigia eius & iudicia oris eius. Semẽ abraã serui eius: filij iacob electi eius. Ipse dñs deus nr̃: in vniuersa terra iudicia ei⁹. Memor fuit in seculũ testamẽti sui: vbi q̃d mãdauit in mille generatiões. Quod disposuit ad abraam: & iuramenti sui ad isaac. Et statuit illud iacob in p̃ceptũ: & israel in testamentũ eternũ. Dicẽs tibi dabo terrã chanaam: funiculũ hereditatis vr̃e. Cũ essent numero breui: paucissimi et incole ei⁹. Et pertrãsierũt de gẽte in gentẽ: et de regno ad populuz alterũ. Nõ reliq̃t hoiem nocere eis: et corripuit pro eis reges. Nolite tangere christos meos: et in pphetis meis nolite malignari. Et vocauit famen sup terrã: et oẽ firmamẽtũ panis contriuit. Misit ante eos virũ: in seruũ venũdatus est ioseph. Humiliauerũt in cõpedibus pedes eius: ferrũ ptransijt aiam eius/ donec veniret vbũ ei⁹. Eloquiuz dñi inflamauit eũ/ misit rex et soluit eũ p̃nceps ppl'oz & dimisit eũ. Constituit eum dñm dom⁹ sue: & p̃ncipẽ oĩs possessiõis sue. Vt erudiret p̃ncipes ei⁹ sicut semetipm: & senes eius prudentiã doceret. Et intrauit israel in egyptũ: & iacob accola fuit in terra chaz. Et auxit populũ suũ vehemẽter: et firmauit eũ sup inimicos ei⁹. Conuertit cor eorũ vt odirẽt pplm eius: et dolũ face=

rũt iñ seruos ei⁹. Misit moy-
sen seruũ suũ: aarõ quẽ ele-
git ipsũ. Posuit in eis verba
signoꝝ suoꝝ: et ꝓdigioꝝ in
terra chã. Misit tenebras ꝛ
obscurauit: et non exacer-
bauit sermones suos. Con
uertit aquas eoꝝ in san-
guinẽ: ꝛ occidit pisces eoꝝ.
Et dedit terra eoꝝ ranas:
in penetralibus regũ ipsoꝝ
Dixit ꝛ venit cynomia ꝛ cy
nifes in oĩbus finibus eoꝝ.
Posuit pluuias eoꝝ grãdi
nẽ: ignẽ cõburentẽ in terra
ipsoꝝ. Et percussit vineas
eoꝝ ꝛ ficulneas eoꝝ: ꝛ cõtri
uit lignũ finiũ eoꝝ. Dixit ꝛ
venit locusta: ꝛ brucus cui⁹
nõ erat nũerus. Et come-
dit oẽ fenũ in terra eoꝝ: ꝛ
comedit oẽm fructuz terre
eoꝝ. Et ꝑcussit oẽ ꝑmo-
genitũ i terra eoꝝ: ꝑmitias
oĩs laboris eoꝝ. Et eduxit
eos cũ argẽto et auro: ꝛ nõ
erat in tribubus eoꝝ infir-
mus. Letata est egypt⁹ in
ꝓfectiõe eoꝝ: qꝛ incubuit ti
mor eoꝝ sup eos. Expãdit
nubẽ in ꝓtectionẽ eoꝝ: et
ignẽ vt luceret eis ꝑ noctẽ.
Petierũt ꝛ venit coturnix: ꝛ
pane celi saturauit eos. Di
rupit petrã et fluxerunt aq̃:
abierunt in sicco flumina.
Qm̃ memor fuit verbi sãcti
sui: qđ habuit ad abraã pue
rũ suũ. Et eduxit populuz
suũ in exultatiõe: et electos
suos in leticia. Et dedit il-
lis regiones gentiũ: ꝛ labo
res populoꝝ possederunt.
Ut custodiãt iustificatiões
eius: et legẽ eius exquirãt.
Alĩa. Benedicaia mea.
Dñe. Uisita.
Confitemini dño quo-
niã bonus: qm̃ in sclm
mia eius. Quis loquetur
potẽtias dñi: auditas faciet
oẽs laudes eius. Beati q̃ cu-
stodiũt iudiciũ: et faciunt
iusticiã in oĩ tẽpore. Memẽ
to nr̃i dñe in bñplacito po-
puli tui: visita nos in saluta
ri tuo. Ad vidẽdũ in boni-
tate electoꝝ tuoꝝ / ad letan
dum in letitia gẽtis tue: vt
lauderis cũ hereditate tua
Peccauim⁹ cũ p̃rib⁹ nr̃is: i
iuste egimus / iniq̃tatẽ feci
mus. Pr̃es nr̃i in egypto
nõ intellexerunt mirabilia
tua: nõ fuerũt mẽores multi
tudinis mie tue. Et irrita-

uerunt ascendentes in ma=
ri: mari rubro. Et saluauit
eos propter nomen suuz: vt
notam faceret potentiã suã
Et increpuit mare rubrũ/
ꝛ exsiccatum est: et deduxit
eos in abyssis sicut in deser
to. Et saluauit eos de ma=
nu odientiũ: et redemit eos
de manu inimici. Et ope=
ruit aqua tribulantes eos:
vnus ex his non remansit.
Et crediderunt verbis eiꝰ:
ꝛ laudauerunt laudem eiꝰ.
Cito fecerunt/ obliti sunt
operum eius: ꝛ nõ sustinue=
runt cõsilium eius. Et con
cupierunt cõcupiscentiã in
deserto: ꝛ tẽtauerũt deũ in
inaquoso. Et dedit eis pe
titionẽ ipsoꝝ: ꝛ misit saturi
tatem in animas eoꝝ. Et
irritauerunt moysen in ca=
stris: aaron scẽm dñi. Aper
ta est terra ꝛ deglutiuit da=
tham ꝛ operuit sup cõgre=
gationem abirõ. Et exar=
sit ignis in sinagoga eoꝝ:
flamma combussit pctõres.
Et fecerũt vitulũ in oreb:
ꝛ adorauerũt sculptile. Et
mutauerũt gloriã suã in si=
militudinem vituli: comedẽ
tis fenum. Obliti sunt deũ
qui saluauit eos/ qui fecit
magnalia in egypto: mira=
bilia in terra cham/ terribi
lia in mari rubro. Et dixit
vt disperderet eos: si non
moyses electus eiꝰ stetisset
in confractione in cõspectu
eius. Ut auerteret iram eiꝰ
ne disperderet eos: ꝛ ꝓ nihi
lo habuerunt terram desi=
derabilem. Nõ crediderũt
verbo eius/ ꝛ murmuraue=
runt in tabernaculis suis:
nõ exaudierunt vocem dñi.
Et leuauit manũ suã sup
eos: vt ꝓsterneret eos in de
serto. Et vt eiiceret semen
eorum in nationibus ꝛ dis=
perderet eos in regionibꝰ.
Et initiati sunt beelphe=
gor: ꝛ comederũt sacrificia
mortuoꝝ. Et irritauerũt
eũ in adinuẽtionibus suis:
et multiplicata est in eis rui
na. Et stetit phinees ꝛ pla
cauit: et cessauit quassatio.
Et reputatum est ei ad iu
sticiã: in generatiõe ꝛ gene
rationẽ vsqꝫ in sempiternũ.
Et irritauerũt eũ ad aqs
cõtradictionis: et vexatꝰ est
moyses propter eos/ qꝛ exa

sui. [Q]ui hitare facit sterilẽ
in domo: matrem filiorum
letantem. [G]loria. Añ. Sit
nomẽ dñi benedictũ in sclꝫ. Añ.
Nos qui viuimꝰ. ps. c. xiij.
[I]N exitu israel de egy
pto: domus iacob de
poplo barbaro. [F]acta est
iudea sanctificatio eius: isrl
potestatas eiꝰ. [M]are vidit
⁊ fugit: iordanis conuersus
est retrorsum. [M]õtes exul=
tauerunt vt arietes: et col=
les sicut agni ouiũ. [Q]uid
est tibi mare ꝙ fugisti: ⁊ tu
iordanis qꝛ conuersus es re
trorsum? [M]ontes exulta=
stis sicut arietes: ⁊ colles si=
cut agni ouiuz. [A] facie dñi
mota est terra: a facie dei ia
cob. [Q]ui conuertit petraz
in stagna aquarum: ⁊ rupez
in fontes aquarum. [N]õ no
bis dñe non nobis: sed no=
mini tuo da gloriam. [S]up
mia tua et veritate tua: ne=
quando dicãt gẽtes vbi est
deus eoꝝ? [D]eus aũt nr̃ in
celo: oĩa quecũqꝫ voluit fe=
cit. [S]imulachra gentiũ ar

gentum et aurū: opa manuū
hoiz. Os habēt et nō loquē
tur: oculos habēt et nō vide
bunt. Aures habent et non
audiēt: nares hn̄t et nō odo
rabūt. Manus habēt et nō
palpabunt/ pedes hn̄t et nō
ambulabūt: et nō clamabūt
ī gutture suo. Similes illis
fiāt qui faciūt ea: et oēs qui
confidunt in eis. Domus
israel spauit ī dn̄o: adiutor
eoꝝ et ꝓtector eoꝝ est. Do
mus aarō spauit in dn̄o: ad
iutor eoꝝ et proctector eoꝝ
est. Qui timēt dn̄z sperauē
runt in dn̄o: adiutor eorum
et ꝓtector eorū est. Dn̄s me
mor fuit nostri: et benedixit
nobis. Benedixit domui isrł:
benedixit domui aarō. Bn̄
dixit oibus qui timēt dn̄m:
pusillis cū maiorib⁹. Adij
ciat dn̄s super vos: sup vos
et super filios vestros. Bn̄
dicti vos a dn̄o: qui fecit ce
lum et terrā. Celū celi dn̄o:
terrā autē dedit filijs hoim
Nō mortui laudabūt te do
mie: neqꝫ oēs qui descēdūt
in infernū. Sed nos q̄ viui-
mus bn̄dicim⁹ dn̄o: ex hoc
nūc et vsqꝫ in sclm. Gloria.

Nos q̄ viuim⁹ benedicim⁹
dn̄o. [illegible]

Dominus autem diri
gat corda et corpora
nostra in charitate dei et pa
tienta christi. [illegible]

Lucis creator optime:
lucem dierū proferēs:
primordijs lucis noue: mun
di parans originem. Qui
mane iunctum vesperi: diez
vocari ꝑcipis: tetrū chaos
illabitur: audi preces cum
fletibus. Ne mens grauata
crimine: vite sit exul mune
re: dum nil perenne cogitat
seseqꝫ culpis illigat. Celoꝝ
pulset intimū: vitale tollat
premiū: vitemus omne no-
xiuz: purgemus omne pessi
mū. Presta. ℣. Dirigatur do
mine oratio mea. ℟. Sicut incē
sum in conspectu tuo. [illegible]

Magnificat aīa mea do
minuz. Et exultauit
spiritus meus: in deo salutā
ri meo. Quia respexit hu-
militatem ancille sue: ecce
enim ex hoc beatam me di-
cent/ omnes generationes.
Quia fecit mihi magna q̄

Potens est: et sanctum nomē eius. [E]t mia eius/ a proge nie in progenies: timentib⁹ eum. [F]ecit potentiā in bra chio suo: dispersit superbos mēte cordis sui. [D]eposuit potentes de sede: et exalta uit humiles. [E]surientes im pleuit bonis: et diuites di misit inanes. [S]uscepit isrl' puerum suum: recordatus misericordie sue. [S]icut lo cut⁹ est ad patres nostros: abraam et semini eius in se cula. [G]loria. ℱ Inclinauit dominus.



Dilexi qm̄ exau diet dn̄s vocem orationis mee. [Q]uia inclinauit aurem suā mihi: et in dieb⁹ meis īuocabo. [C]ircūdede runt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerūt me. [T]ribulationem et dolo rem inueni: et nomen dn̄i in uocaui. [O] dn̄e libera aiaz meam/ misericors dn̄s et iu stus: et deus noster miseret. [C]ustodiēs paruulos dn̄s: humiliatus sum et liberauit me. [C]onuertere aia mea in requiē tuā: quia dn̄s benefe cit tibi. [Q]uia eripuit ani mā meaz de morte/ oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu. [P]lacebo do mino: in regione viuorum. [G]l'ia. Inclinauit dn̄s aurē suā mihi. Credidi.

[C]Redidi propter qd lo cutus sum: ego autez hūiliat⁹ suz nimis. [E]go di xi in excessu meo: ois hō mē dax. [Q]uid retribuam dn̄o: ꝓ oibus q̄ retribuit mihi. [C]alicē salutaris accipiaz: et nomē dn̄i inuocabo. [V]o ta mea dn̄o reddam/ coram omni populo ei⁹: p̄ciosa in conspectu domini mors san ctorū ei⁹. [O] dn̄e quia ego seruus tu⁹: ego seruus tu⁹ et filius ancille tue. [D]irupisti vincula mea/ tibi sacrifica bo hostiā laudis: et nomen dn̄i inuocabo. [V]ota mea domino reddam/ in conspe ctu ois populi ei⁹ in atriis dom⁹ domini in medio tui hierusalem. [G]loria. Credidi ꝓpter qd locutus suz. Laudate dominū.

[L]Audate dominuz oēs gentes: laudate eum omnes populi. [Q]uoniam

cōfirmata est sup nos mise=
cordia eius: et veritas dñi
manet in eternum. Gloria.
Laudate dñm omnes gen
tes. Clamaui.
Ad dñm cū tribularer
clamaui: et exaudiuit
me. Dñe libera aiam meā
a labijs iniqs: et a lingua do
losa. Quid detur tibi aut
quid apponatur tibi: ad lin
guā dolosam. Sagitte po=
tentis acute: cū carbonibꝰ
desolatorijs. Heu mihi qr
incolatus meus prolōgatꝰ
est/ habitaui cum habitan
tibus cedar: multum inco=
la fuit anima mea. Cū his
qui oderunt pacem erā pa=
cificus: cū loquebar illis im
pugnabāt me gratis. Gl'ia
Clamaui et exaudiuit me.
Auxilium meum.
Leuaui oculos meos in
mōtes: vnde veniet au
xilium mihi. Auxiliū meū
a dño: qui fecit celum et ter
ram. Nō det in cōmotionē
pedem tuum: neqꝫ dormitet
qui custodit te. Ecce non
dormitabit neqꝫ dormiet: q
custodit israel. Dominus
custodit te dominus prote

ctio tua: super manū dexte=
ram tuā. Per diē sol non
vret te: neqꝫ luna p noctem
Dñs custodit te ab oī ma=
lo: custodiat aiam tuā dñs.
Dñs custodiat introitū
tuū et exitū tuū: ex hoc nunc
et vsqꝫ in seculū. Gl'ia.
Auxiliū meū a dño. Dñs
autē. Lucis crea
tor. Dirigatur domie
oratio mea. Sicut incensum
in conspectu tuo. [illegible]
[illegible]
Magnificat anima mea
dominum. [illegible]
In domum domini. [illegible]



Letatꝰ sum in his
que dicta sunt
mihi in domum
domini ibimus.
Stātes erant pedes nr̄i: in
atrijs tuis hierl'm. Hierl'm
q̄ edificat vt ciuitas: cuius
participatio eius in idipꝫ.
Illuc eñ ascederūt/ tribꝰ
tribus dñi testimoniū isrl':
ad confitendum nomini dñi
Quia illic sederunt sedes
in iudicio: sedes sup domū

dauid. Rogate que ad pacem sunt hierusalē: ꝛ abundantia diligentibꝰ te. Fiat pax in virtute tua: ꝛ abūdātia i turribꝰ tuis. Propter fratres meos et proximos meos: loquebar pacem ḋ te Propter domū dn̄i dei nr̄i: quesiui bona tibi. Gloria. Aña. In domū dn̄i letātes ibimꝰ. Aña. Qui hitas. Psalmus .cxxij.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominoꝝ suorū. Sicut oculi ancille i manibus dn̄e sue/ ita oculi nr̄i a dn̄m deum nostrū: donec misereatur nostri. Miserere nostri dn̄e miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione. Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium habundantibus ꝛ despectio superbis. Gloria. Aña. Qui habitas in celis miserere nobis. Aña. Adiutorium nostrū. Psalmus .cxxiij.

Nisi quia dn̄s erat i nobis/ dicat nunc israel: nisi q2 dn̄s erat i nobis Cū exurgerēt hoies in nos fore viuos deglutissent nos. Cuz irasceretur furoꝛ eoꝝ in nos forsitam aqua absorbuisset nos. Torrentē pertransiuit aīa nostra: forsitā pertrāsisset aia nr̄a/ aquam intollerabilē. Bn̄dictꝰ dn̄s: qui non dedit nos in captionē/ dentibus eoꝝ. Anima nr̄a sicut passer erepta est: de laqueo venātiū. Laqueus contritus est: ꝛ nos liberati sumus. Adiutoriuz nostrū in nomine dn̄i: qui fecit celum ꝛ terram. Gloria. Aña. Adiutoriū nr̄m in noīe domini. Aña. Benefac dn̄e. Psalmus .cxxiiij.

Qui confidūt in domino sicut mons syon: non cōmouebitur in eternū qui habitat in hierusalem. Mōtes in circuitu eius/ ꝛ dominꝰ in circuitu populi sui: ex hoc nunc ꝛ vsq3 in seculū. Quia nō relinqt dn̄s virgam pctōꝝ/ super sortez iustoꝝ: vt nō extēdant iusti ad iniquitatē manus suas. Benefac dn̄e: bonis ꝛ rectis corde. Declinantes autem in obligatiōes/ adducet dominꝰ cū opantibus iniqtatē: pax sup israel. Gl̄ia. Aña. Benefac domie bonis ꝛ rectis

Facti sumus.

In cõuertendo dñs captiuitatem syon: facti sumus sicut cõsolati. Tunc repletũ est gaudio os nrm: et lingua nostra exultatiõe. Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dñs facere nobiscum: facti sumus letãtes. Conuertere dñe captiuitatem nostrã: sicut torrens in austro. Qui seminãt i lachrimis: in exultatione metẽt. Eũtes ibãt et flebant mittentes semina sua. Venientes aũt venient cum exultatione: portantes manipulos suos. Gloria.

Facti sumus sicut consolati.

Exultet spũs me⁹ in domino meo

Magt.

Btũs vir.



Nisi domin⁹ edificauerit domũ: in vanum laborauerũt / qui edificant eam. Nisi domin⁹ custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eã. Vanum est vobis ante lucem surgere / surgite postq̃ sederitis: q̃ manducatis panem doloris. Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas dñi filij merces fructus ventris. Sicut sagitte in manu potẽtis: ita filij excussorũ. Beatus vir qui impleuit desideriũ suũ ex ipsis: non confundet cũ loquetur inimicis suis in porta. Gloria.

Beatus vir qui impleuit desideriũ suũ.

Beati oẽs.

Beati omnes qui timẽt dñm: qui ambulant in vijs eius. Labores manuũ tuarũ quia mãducabis: beatus es ⁊ bene tibi erit. Uxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tue. Filij tui sicut nouelle oliuarum: in circuitu mense tue. Ecce sic benedicetur homo: q̃ timet dñm. Benedicat tibi dñs ex syon: ⁊ videas bona hierusalem / omibus dieb⁹ vite tue. Et videas filios filiorum tuorũ: pacem sup israel. Gloria pri.

Beati oẽs q̃ timent dominũ.

Benediximus vo.

Sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea: dicat

nũc israel. Sepe expugna- uerũt me a iuuentute mea: etenim nõ potuerunt mihi. Supra dorsum meũ fabri cauerunt peccatores: prolõ gauerunt iniquitatem suã. Dñs iustus concidet ceruices peccatorũ: cõfundãtur et conuertantur retrorsum oẽs qui oderunt sion. Fiãt sicut fenum tectorũ: qd prius q̃ euellat exaruit. De quo non impleuit manũ suã qui metet: et sinum suũ q̃ manipulos colliget. Et nõ dixerũt qui preteribãt/ benedictio dñi sup vos: benediximus vobis in nomine dñi. Gloria. Añ. Benedicimus vobis i noĩe domini. Añ. De profundis clamaui. Ps.

De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ meã. Fiant aures tue intendentes in voce deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit. Quia apd te propiciatio est: et pp̃ter legem tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino. A custodia matutina vsq ad noctem: speret israel in domino. Quia apud dñm mia: et copiosa apd eũ redẽptio. Et ipse redimet israel: ex omnibus iniq̃tatib⁹ eius. Gloria. Añ. De profundis clamaui ad te dñe. Añ. Speret isrl. Ps.

Domine nõ est exaltatũ cor meũ: neq elati sunt oculi mei. Neq ambulaui in magnis: neq in mirabilibus super me. Si nõ humiliter sentiebã: set exaltaui aĩam meã. Sicut ablactat⁹ est super matrẽ suã: ita retributio ĩ anima mea. Speret israel in domino: ex hoc nunc et vsq in seculum. Gloria. Añ. Speret israel in domino. Ad magnificat añ. Respexisti humilitatem meam domine deus me⁹. ¶ Añ. Memento. Añ. Et omnis. Ps.



Memento dñe dauid: et oĩs mãsuetudĩs ei⁹. Sicut iurauit dño: votũ vouit deo iacob. Si introiero in tabernaculũ domus mee: si ascẽdero in lectũ strati mei. Si dedero somnuz oclis meis: et palpebris

meis dormitationē. Et re=
quiē tēporibus meis donec
inueniam locū domino: ta=
bernaculū deo iacob. Ec=
ce audiuimus eum in effra=
ta: inuenimus eum in cam
pis silue. Introibimus in
tabernaculum eius: adora=
bimus in loco vbi steterunt
pedes eius. Surge domine
in requiem tuā: tu ⁊ archa
sanctificationis tue. Sacer
dotes tui induantur iusti=
ciam: ⁊ sancti tui exultent.
Propter dauid seruum tu
um: nō auertas faciē christi
tui. Iurauit dn̄s dauid ve=
ritatē/ ⁊ nō frustrabit̄ eū: d
fructu ventris tui ponam
super sedē tuā. Si custodie
rint filij tui testamētū meū/
⁊ testimonia mea: hec que
docebo eos. Et filij eorum
vsq; in seculū: sedebunt sup
sedē tuam. Qm̄ elegit dn̄s
sion: elegit eā in habitatio=
nē sibi. Hec requies mea in
sclm̄ scli: hic habitabo qm̄
elegi eam. Viduā eius bn̄=
dicens bn̄dicā: paupes eius
saturabo panibus. Sacer=
dotes eius induā salutari: ⁊
sancti eius exultatiōe exul=
tabūt. Illuc pducā cornu
dauid: paraui lucernā xp̄o
meo. Inimicos ei⁹ induā
cōfusione: sup ipsum autē
efflorebit sanctificatio mea.
Gl'ia. Aīa. Et oīs mā suetudi=
nis ei⁹. Aīa. Habitare. Ps. cxxxii
Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocū
dū: habitare fratres ī
vnū. Sicut vnguētū in ca=
pite: qd̄ descendit in barbā
barbā aarō. Quod descen
dit in orā vestimēti eius/
sicut ros hermō: qui descen
dit in mōtē syon. Qm̄ illic
mandauit dn̄s bn̄dictionē
⁊ vitā vsq; in seculū. Glo=
ria. Aīa. Habitare fratres ī vnū
Aīa. Oīa quecūq;. Ps. cxxxiii
Laudate nomē dn̄i: lau
date serui dn̄i. Qui
statis in domo dn̄i: in atrijs
domus dei nostri. Lauda
te dn̄m qr bonus dn̄s: psalli
te noī eius qm̄ suaue. Qm̄
iacob elegit sibi dn̄s: israel
ī possessionē sibi. Quia ego
cognoui q̄ magnus est do=
minus: ⁊ deus nr̄ pre oībus
dijs. Oīa quecunq; voluit
dominꝰ fecit in celo ⁊ in ter
ra: in mari ⁊ in omnibus a=
byssis. Educēs nubes ab

extremo terre: fulgura i pluuiam fecit. ui pducit vētos de thesauris suis/ qui percussit primogenita egypti: ad homine vsqz ad pec⁹. misit signa ꝛ prodigia in medio tui egypte: i pharaonē ꝛ in oēs seruos ei⁹. ui percussit gentes multas: et occidit reges fortes. eon regem amorreorū/ ꝛ og regem basan: ꝛ oia regna chanaā. t dedit terrā eoꝝ hereditatē: hereditatem israel populo suo. ñe nomē tuū in eternum: dñe memoriale tuū in gñatione ꝛ gñationē uia iudicabit dñs pplm suū: et in seruis suis deprecabitur. imulachra gentium argentū ꝛ aurū: opera manuū hoim. s habēt et non loquētur: oculos habēt et non vidēbūt. ures habent ꝛ non audient: nec eñ est spūs in ore ipsorū. imiles illis fiant qui faciunt ea: et oēs q̄ cōfidūt in eis. omus israel benedicite dño: domus aarō benedicite domino. omus leui bñdicite dño: qui timetis dñm benedicite dño. ñdict⁹ dñs ex sion: qui habitat in hierusalē. loria. Omia quecunqz voluit domin⁹ fecit. Quoniā in eternū.

Onfitemini dño quoniā bonus: qm̄ in sclꝫ mia eius. onfitemini: deo deorū. onfitemini: domino dñorum. ui facit: mirabilia magna solus. ui fecit celos: i itellectu. ui firmauit terram: super aq̄s. ui fecit: luminaria magna. olem: in potestatem diei. unā ꝛ stellas: in potestatem noctis. ui percussit egyptum: cum primogenitis eorꝫ. ui eduxit israel: de medio eorꝫ. n manu potenti: et brachio excelso. ui diuisit mare rubrum: in diuisiōes. t eduxit israel: per medium eius. t excussit pharaonem et virtutē eius: in mari rubro ui trāsduxit pplm suūꝫ: per desertum. ui percussit: reges magnos. t occidit: reges fortes. eon regem amorreorum. t og: regē basan. t omnia regna chanā. t dedit terram eorum: hereditatem. e-

reditatem israel: seruo suo. Quia in humilitate nra: memor fuit nostri. Et redemit nos: ab inimicis nris. Qui dat escā: oī carni. Cōfitemini deo celi. Confitemini dño dñorū: quoniā in eternum mia eius. Gloria. Quoniā in eternū mia ei9. Hymnū cātate.

Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus: dum recordaremur tui syō. In salicibus in medio eius: suspendim9 organa nra. Quia illic interrogauerunt nos/ qui captiuos duxerūt nos: verba cātionū. Et qui aduxerunt nos: hymnū cantate nobis de cāticis syon. Quō cātabimus canticū dñi: in terra aliena? Si oblit9 fuero tui hierusalē: obliuioni detur dextera mea. Adhereat lingua mea faucibus meis: si non meminero tui. Si non pposuero hierusalē: in principio leticie mee. Memor esto dñe filiorū edom: in die hierusalē. Qui dicūt exinanite exinanite: vsq3 ad fundamētū in ea. Filia babylonis misera/ beatus qui retribuet tibi retributionem tuā: quam retribuisti nobis. Beatus qui tenebit: et allidet paruulos suos ad petrā. Glia. Hymnū cātate nobis de cāticis syō. Deposuit potentes sctōs psequētes et exaltauit humiles christū cōfitentes. In cōspectu.



Confitebor tibi dñe in toto corde meo quoniā audisti vba oris mei. In cōspectu angelorū psallā tibi: adorabo ad templū sctū tuū/ et confitebor nomini tuo. Super mia tua et veritate tua: qm̄ magnificasti sup oē nomē sanctū tuū. In quacūq3 die inuocauero te exaudi me: multiplicabis i aia mea virtutē. Confiteantur tibi dñe oēs reges terre: qr audierūt oia verba oris tui. Et cantent in viis dñi: quoniā magna est glia dñi. Qm̄ excelsus dñs et hūilia respicit: et alta a lōge cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me/ et super

iram inimicorũ meorũ extẽdisti manuz tuã: ꝛ saluũ me fecit dextera tua. Dñs retribuet ꝓ me/ dñe mĩa tua in seculũ: opa manuũ tuarũ ne dſpicias. Gl'ia. Añ. In cõspectu angelorũ pſallã tibi de⁹ me⁹ Dñe ꝓbasti me. Ps. cxxxviii.

Domine ꝓbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã/ ꝛ resurrectionẽ meã. Intellexisti cogitatiões meas d' lõge: semitã meã ꝛ funiculum meuz inuestigasti. Et oẽs vias meas preuidisti: quia nõ est sermo in lingua mea. Ecce domie tu cognouisti oĩa nouissima ꝛ antiqua: tu formasti me et posuisti sup me manum tuã. Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me: confortata est ꝛ non potero ad eam. Quo ibo a spũ tuo: ꝛ quo a facie tua fugiam? Si ascendero in celum tu illic es: si descẽdero in infernũ ades. Si sumpsero pẽnas meas diluculo: et habitauero in extremis maris. Et eniz illuc man⁹ tua deducet me: et tenebit me dextera tua. Et dixi forsitã tenebre conculcabũt me: et nox illuminatio mea in delicũs meis. Quia tenebre nõ obscurabuntur a te/ ꝛ nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita ꝛ lumẽ eius. Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris mee. Cõfitebor tibi q: terribiliter magnificat⁹ es mirabilia opa tua: ꝛ aïa mea cognoscet nimis. Nõ est occultatum os meũ a te/ qḋ fecisti in occulto: et substãtia mea in inferioribus terre. Imꝑfectũ meũ viderũt oculi tui/ ꝛ in libro tuo oẽs scribent: dies formabũtur et nemo in eis. Mihi aũt nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis cõfortat⁹ est pricipat⁹ eorũ. Dinumerabo eos/ et sup arenã multiplicabunt: exurrexi ꝛ adhuc sum tecũ. Si occideris de⁹ peccãtores: viri sanguinum declinate a me. Quia dicit⁊ in cogitatiõe: accipiãt in vanitate ciuitates suas. Nõne q̇ oderunt te dñe oderam: ꝛ super inimicos tuos tabescebaz? Perfecto odio oderã illos:

Et inimici facti sunt mihi. Proba me deus ꝛ scito cor meū: interroga me ꝛ cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me est: et deduc me in via eterna. Gloria pri. An. Domine probasti me, ꝛ cognouisti me. An. A viro iniquo. Ps.

Eripe me dñe ab hoīe malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constituebāt ꝓlia. Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenū aspidū sub labijs eoꝝ. Custodi me domine de manu peccatoris: ꝛ ab hoibus iniquis eripe me.

Qui cogitauerūt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueū mihi. Et funes extenderūt in laqueū iuxta iter scandalū posuerunt mihi. Dixi dño deus meꝰ es tu: exaudi dñe vocē dꝑcatiōis mee. Dñe domine virtus salutis mee: obūbrasti sup caput meū in die belli. Nō tradas me domine a desiderio meo peccatori / cogitauerunt contra me: ne derelinqͣs me ne forte exaltētur. Caput circuitus eoꝝ: labor labiorū ipsorum operiet eos. Cadent sup eos carbones, in ignē deijcies eos: in miserijs nō subsistēt. Vir linguosus nō dirigetur in terra: virū iniustum mala capiēt in interitu. Cognoui qꝛ faciet dñs iudiciū inopis ꝛ vindictam pauperū. Veruntamē iusti confitebuntur nomini tuo: ꝛ habitabūt recti cum vultu tuo. Gloria patri. An. A viro iniquo libera me domie. An. Domie clamaui. Ps.

Domie clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cum clamauero ad te. Dirigat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearū sacrificiū vespertinū. Pone dñe custodiam ori meo: ꝛ ostium circūstantie labijs meis. Non declines cor meum in verba malicie: ad excusandas excusationes in peccatis. Cū hominibus operātibus iniquitatem: et non cōmunicabo cū electis eoꝝ. Corripiet me iustus in misericordia,

et increpabit me:oleũ autẽ peccatoris non impinguet caput meũ. Quoniam adhuc et orõ mea in bñplacitis eorũ: ab sorti sunt iuncti petre iudices eorũ. Audient verba mea qm̃ potuerũt:sicut crassitudo terre erupta est sup terram. Dissipata sunt ossa nr̃a secus infernuz/ quia ad te dñe domine oculi mei:in te speraui nõ auferas animaz meã. Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi:et a scandalis operantiũ iniquitatem. Cadent in retiaculo ei⁹ pctõres : singulariter sum ego donec transeam. Gloria. An. Domine clamaui ad te exaudi me. An. Portio mea domine. Psalmus. dd.

Voce mea ad dñm clamaui:voce mea ad dominuz deprecatus sum. Effundo in cõspectu eius orationem meã:7 tribulationẽ meã ante ipsuz pronuncio. In deficiendo ex me spũm meũ:et tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ambulabam:absconderunt superbi laqueum mihi. Cõsiderabam ad dexteram et videbam:et nõ erat qui cognosceret me. Perijt fuga a me:7 non est qui requirat animã meã. Clamaui ad te domie/ dixi tu es spes mea: portio mea in terra viuẽtiũ. Intende ad deprecationẽ meã:quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequẽtibus me:quia cõfortati sunt super me. Educ de custodia aiam meã/ ad confitendum nomini tuo:me expectant iusti donec retribuas mihi. Gloria. Añ. Portio mea domine sit in terra viuentium. Can. ps. Añ. Esurientes domine reple bonis sicut locut⁹ es patribus nostris. ¶ Hymnus. Añ. Benedictus dominus. Psalmus. cxliij.



Benedict⁹ dominus de⁹ meus/ q̃ docet man⁹ meas ad prelium: 7 digitos meos ad bellũ. Misericordia mea 7 refugium meũ:susceptor meus 7 liberator meus. Protector me⁹ 7 in ipso speraui:qui subdit populũ meũ sub me. Dñe quid est hõ q2 innotuisti ei: aut filius hominis quia re=

putas eum. omo vanitati similis factus est: dies ei⁹ sicut vmbra ptereunt. ñe inclina celos tuos et descende tange montes et fumigabunt. ulgura corrascatione et dissipabis eos: emitte sagittas tuas et cõturbabis eos. mitte manuz tuã de alto/ eripe me et libera me de aqs multis: et de manu filiorũ alienorũ. uorũ os locutũ est vanitatẽ: et dextera eoꝝ dextera iniquitatis. eus canticũ nouũ cantabo tibi: in psalterio decachordo psallã tibi. ui das salutẽ regibus/ qui redemisti dauid seruũ tuuz: de gladio maligno eripe me. t erue me de manu filioꝝ alienorũ/ quorũ os locutum est vanitatẽ: et dextera eoꝝ dextera iniquitatis. uorum filij sicut nouelle plantationes: in iuuẽtute sua. ilie eorum cõposite: circũornate vt similitudo tẽpli. rõptuaria eorũ plena: eructantia ex hoc in illud. ues eorũ fetose/ abundantes in egressibus suis: boues eoꝝ crasse. on est ruina maceriє neqȝ transitus: neqȝ clamor in plateis eorũ. eatũ dixerũt populũ cui hec sũt: beatus populus cuius dñs deus eius. loria. Be nedictus domin⁹ de⁹ me⁹. In eternum.

Xaltabo te deus me⁹ rex: et bñdicã noi tuo in seculũ/ et in seculũ seculi. er singulos dies benedicam tibi: et laudabo nomen tuũ in seculuz/ et in seculũ seculi. agnus dñs: et laudabilis nimis: et magnitudinis eius nõ est finis. eneratio et generatio laudabit opa tua: et potentiã tuã pronunciabunt. agnificentiã glie sanctitatis tue loqntur: et mirabilia tua narrabunt. t virtutem terribiliũ tuorũ dicent: et magnitudinem tuã narrabunt. emoriã abũdãtie suauitatis tue eructabũt: et iusticia tua exultabũt. iserator et misericors dñs: patiẽs et multũ misericors. uauis dñs vniuersis: et miserationes eius super oĩa opera ei⁹. onfiteantur tibi dñe oĩa opera tua: et sancti tui bñdicãt ti-

bi. Gloriã regni tui dicẽt: et potentiam tuã loquẽtur. Et notam faciãt filijs hoiz potẽtiam tuã: et gloriã magnificentie regni tui. Regnũ tuũ regnũ oim seculorũ: et dñatio tua in omni gñatione et generationẽ. Fidelis dñs in oib9 verbis suis: et sanctus in oĩbus operibus suis. Alleuat dñs oẽs qui corruũt: et erigit oẽs elisos. Oculi omniũ in te sperant dñe: et tu das escam illorũ in tempore oportuno. Aperis tu manũ tuã: et imples oẽ animal bñdictione. Iustus dñs in oĩbus vijs suis: et sanctus in oĩbus operibus suis. Prope est dñs oĩbus inuocãtibus eũ: omnibus inuocantibus eũ in veritate. Volũtatem timentiũ se faciet/ et deprecationẽ eoꝝ exaudiet: et saluos faciet eos. Custodit dominus oẽs diligentes se: et oẽs pctõres disperdet. Laudationẽ dñi loquet̃ os meũ/ et bñdicat oĩs caro noĩ sancto ei9: in sclm et in sclm seculi. Glia. In eternũ et in sclz seculi. Laudabo.

Lauda aĩa mea dñm/ laudabo dñm in vita mea: psallã deo meo q̃diu fuero. Nolite confidere in principibus: in filijs hoim in quibus nõ est salus. Exibit spũs ei9 et reuertetur in terrã suã: in illa die peribũt oẽs cogitatiões eoꝝ. Beatus cuius deus iacob adiutor eius/ spes ei9 in dño deo ipsius qui fecit celũ et terrã mare: et omnia q̃ in eis sunt. Qui custodit xitatẽ in seculũ/ facit iudiciũ iniuriam patiẽtib9: dat escam esuriẽtibus. Dñs soluit cõpeditos: dñs illũinat cecos. Dominus erigit elisos: dñs diligit iustos. Dñs custodit aduenas/ pupillũ et viduã suscipiet: et vias peccatorũ disperdet. Regnabit dñs in secula deus tuus syon: in generatiõe et gñationẽ. Glia. Laudabo deũ meũ in vita mea. Deo nro.

Laudate dñm qm̃ bonus est psalm9: deo nro sit iocũda decoraq3 laudatio. Edificãs hierlm dñs: dispsiões israelis cõgregabit. Qui sanat ptritos cor-

de: ꝛ alligat cōtritiōes eoꝝ. Qui numerat multitudinē stellaꝝ: ꝛ oibus eis noia vocat. Magnus dominus noster/ ꝛ magna virtus ei⁹: ꝛ sapientie ei⁹ nō est numerus. Suscipiēs mansuetos dñs: humilians autē peccatores vsqꝫ ad terrā. Precinite dño in cōfessione: psallite deo nr̄o in cithara. Qui operit celū nubibus: ꝛ parat terre pluuiā. Qui producit in mōtib⁹ fenū ꝛ herbā: seruituti hoim. Qui dat iumentis escā ipsoꝝ: ꝛ pullis coruoꝝ inuocantibus eum. Non in fortitudine equi voluntatē habebit: neqꝫ in tibijs viri beneplacitum erit ei. Beneplacitū est dño super timentes eum: et in eis qui sperant super misericordia eius. Gloria. Deo nostro iocūda sit laudatio. Lauda hierusalem.

Lauda hierusalē dñm: lauda deum tuū syon. Qm̄ cōfortauit seras portarū tuarū: bñdixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem: ꝛ adipe frumenti satiat te. Qui emittit eloquiū suū terre: velociter currit sermo eius. Qui dat niuem sicut lanā: nebulam sicut cinerē spargit. Mittit christallū suam sicut buccellas: ante faciē frigoris eius quis sustinebit? Emittet verbū suū ꝛ liqfaciet ea: flabit spūs eius ꝛ fluent aque. Qui annunciat verbū suū iacob: iusticias et iudicia sua israel. Non fecit taliter omni nationi: ꝛ iudicia sua nō manifestauit eis. Gloria pr̄i.

Benedictus de⁹ ꝛ pater dñi nostri iesu xp̄i: pr̄ miarū: ꝛ deus totius cōsolationis: qui consolat̄ nos in om̄i tribulatione nr̄a.

O Lux beata trinitas: ꝛ principalis vnitas: iā sol recedit igneus: infunde lumen cordibus. Te mane laudū carmine: te deprecemur vesperi: te nostra supplex gloria: p cuncta laudet secula. Deo pr̄i. Uespertina orō ascēdat ad te domine. ℟. Et descendat super nos mīa tua.

¶ Iube dōne bñdicere.

Undictio. Ab insidijs inimici liberet nos xps filius dei . Amen. Lectio i. Petri v.

Fratres sobrij estote et vigilate in orationibus quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret: cui resistite fortes in fide.

Tu autem domine miserere nostri. Deo gratias. Oratio. Pater noster. Credo. Dum dicitur dominus vobiscum.

Conuerte nos deus salutaris noster. Et auerte iram tuam a nobis. Deus in adiutorium. Ps. Miserere. Psalmus iiij.

Cum inuocarem exaudisti me deus iusticie mee: in tribulatione dilatasti mihi: Miserere mei: et exaudi orationem meam.

Filij hominum vsquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatem et queritis mendacium? Scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me/ cum clamauero ad eum. Irascimini et nolite peccare/ que dicitis in cordibus vestris: et in cubilibus vestris compungimini. Sacrificate sacrificium iusticie et sperate in domino: multi dicunt quis ostendit nobis bona. Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti leticiam in corde meo. A fructu frumenti vini et olei sui: multiplicati sunt. In pace in idipsum: dormiam et requiescam. Quoniam tu domine: singulariter in spe constituisti me. Gloria. Psalmus xxx.

In te domine speraui non confundar in eternum: in iusticia tua libera me. Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me. Esto mihi in deum protectorem/ et in domum refugij: vt saluum me facias. Quoniam fortitudo mea et refugium meum es tu: et propter nomen tuum deduces me et enutries me. Educes me de laqueo quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus. In manus tuas domine commendo spiritum meum redemisti me domine deus veritatis. Gloria. Psalmus xc.

Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabitur. Dicet domino susceptor meus es tu: et refugium meum deus meus.

[S]perabo in eum/ qm̄ ipse liberauit me de laqueo venātiū:ꝛ a vbo aspero. [S]capulis suis obūbrabit tibi:ꝛ sub pennis eius sperabis. [S]cuto circundabit te veritas ei⁹:nō timebis a timore nocturno. [A] sagitta volante in die/ a negocio perābulāte ī tenebris: ab incursu ꝛ demōio meridiano. [C]adēt a latere tuo mille/ ꝛ decem milia a dextris tuis ad te autē nō apropinquabit. [V]erū tñ oculis tuis cōsiderabis: ꝛ retributionē pctōꝝ videbis. [Q]m̄ tu es domine spes mea:altissimū posuisti refugiū tuum. [N]ō accedet ad te malū:ꝛ flagellū nō appropiq̄bit tabernaclo tuo. [Q]m̄ angelis suis deus mādauit de te:vt custodiāt te ī oibus vijs tuis. [I]n manibus portabūt te:ne forte offēdas ad lapidē pedem tuū. [S]uper aspidē ꝛ basiliscū ambulabis:ꝛ cōculcabis leonem ꝛ drachonē. [Q]m̄ in me sperauit liberabo eū:ꝓtegam eū qm̄ cognouit nomen meū. [C]lamauit ad me ꝛ ego exaudiā eū/ cū ipso sum in tribulatione: eripiam eum et glorificabo eum. [L]ongitudine dierum replebo eum: ꝛ ostendā illi salutare meū. [G]loria patri. [Ps. cxxxiii.]

[E]Cce nunc benedicite dn̄m: om̄es serui dn̄i. [Q]ui statis in domo dn̄i:in atrijs dom⁹ dei nr̄i. [I]n noctibus extollite man⁹ vr̄as in sancta:ꝛ benedicite dn̄m. [B]n̄dicat tibi dn̄s ex syon:q̄ fecit celū ꝛ terram. [Gl]oria. [Ant.] Miserere mihi dn̄e ꝛ exaudi orationem meam. [Hymnus.]

[T]E lucis ante terminū: rerū creator poscim⁹: vt solita clementia:sis presul ad custodiā. [P]rocul recedant somnia:ꝛ noctiū fantasmata:hostemq̄ nostrum cōprime: ne polluantur corpora. [P]resta pr̄ oipotēs : ꝑ iesum xp̄m dn̄m: qui tecum in perpetuū regnat cū scto spiritu. Amen. [Capitulum.]

[T]U in nobis es dn̄e et nomē sanctum tuū inuocatū est sup nos:ne derelinquas nos dn̄e deus nr̄. [R]. Deo gratias. [V]. Custodi nos dn̄e vt pupillā ocli. [R]. Sub vmbra alarū tuarū ꝓtege nos. [...]

Salua nos. Canticum Simeonis prophete. Luce. ii.

Nunc dimittis seruum tuũ dñe: scd'z vbũ tuũ in pace. Quia viderũt oculi mei: salutare tuũ. Quod parasti: ante faciẽ oĩum populorũ. Lumen ad reuelationẽ gẽtiũ: et gloriã plebis tue israel. Gl'ia. Aña. Salua nos dñe vigilantes custodi nos dormiẽtes vt vigilem' cũ xp̃o et requiescamus in pace. Sequitur preces. Que dicuntur a vigilia pasce vsque ad primam. Kyrieł. Xp̃eł. Kyrieł. Pater nr̃. Et ne nos. In pace in idipsuz. Dormiã et requiescã. Credo in deũ. Carnis resurrec. Benedicamus patrem et filiũ cũ sancto spũ. Laudemus et superaltemus eũ in s̃cła. Benedict' es dñe in firmamẽto celi. Et laudabilis et gl'iosus et superaltatus in secela. Benedicat nos oĩps pr̃ et misericors dñs. Amen. Confiteor. Ego peccator et c. Misereatur. Dignare domine nocte ista. Sine peccato. Fiat pax. Oremus pro fratribus. Pro amicis. Pro afflictis captiuis. Fidelium aie. Miserere mei deus. Dñe exaudi orationem. Dominus vobiscum. Sequitur oratio. Illumina quesumus domine de' tenebras nostras: et totius huius noctis insidias tu a nob; repelle ꝓpitius. Per dñm nr̃m. Aña.

Ave virgo sanctissima: dei mater pijssima: maris Stella clarissima: salue semper gloriosa margarita preciosa sicut lilium formosa nitens olens velut rosa. Ora pro nobis. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus qui gloriosissime virginis matris marie corpus et animã vt dignuz christi filij tui habitaculum effici mereretur: spiritu sancto cooperante preparasti: da vt cuius cõmemoratione letamur: eius pia intercessione ab instantibus malis et a periculis cunctis: et a morte subitanea atqz perpetua liberemur. Per eũdez. Ostende nobis domine misericordiam tuam. Et salutare tuum da nobis. Oratio.

Exaudi nos dñe sancte: pr̃ ops eterne deus et mittere digneris sanctũ angeluz tuũ de celis qui custodiat: foueat: protegat: visitet atqꝫ defendat omes habitãtes in hoc habitaculo ⁊ in cunctis habitaculis hominis. Per christũ. Predicte [illegible] dicitur per totum annũ post cõpletoriũ [illegible]. Deinde [illegible] dicit. ℣ Adiutoriuz nr̃m. ℟ Sit nomẽ domini. Ps. Laudate dñz oẽs gẽtes [illegible] Nesciens mater ℟ Post partuz. [illegible] Regina celi. ℣ Ora pro nobis cum Alleluya. In .xl. vero dicitur [illegible] Salue regina. ℣ Ora ꝑ nobis. [illegible] Aue virgo sanctissima [illegible]

certis sabbatis in quibus loco huius vltime. Antiphone dicitur. Salue regina. Has antiphonas [illegible] te virginis.

¶ Sixtus .iiii. pontifex maximus concessit cuilibet ecclesiastici qui post horas [illegible]

Sacro sancte ac indiuidue trinitati crucifixi Jesu christi dñi nostri humanitati: et beatissime virginis Marie fecũditati siue integritati: ⁊ oim sanctorũ vniuersitati sit sempiterna gloria ab omni creatura: nobisqꝫ remissio peccatorum per infinita seculorum secula. Amẽ. Et beata viscera Marie virginis que portauerunt eterni patris filiũ. Et beata vbera que lactauerunt Christum dominũ. Amen. Pr̃ nr̃. Aue maria.

¶ [illegible]

[illegible]



Anticũ psalmorum carmẽ electũ est apud deũ: omne peccatũ expellit: acquirit vinculũ charitatis: q omnia tẽperat: oia suffert oia implet: oia adducit: ⁊ cõsequitur: os purificat: cor letificat: hoiem clarificat: sensum aperit: oẽ malũ occidit: pfectionẽ instruit: excelsa demõstrat: desideriũ regni celestis dat: pacẽ inter corpꝰ ⁊ aiam facit: ignẽ spũalem in cordibus succẽdit: radices malorũ oim expellit: sicut lorica induit: sicut galea defendit: spes salutis est: cõsolatio doloris: noticia veri luminis: fons scitatis est. Hoiem iuuenẽ castigat: regnũ dei sup terrã dat: tediũ aie tollit. Qui diligit cãticũ psalmoꝝ assidue: non põt pctm̃ agere. Qui habet laudẽ dei in corde suo: postremo apd deũ gaudebit: et aiam suã in celo viuificabit in scĩa scĩoꝝ. Vox eñi psalmodie valet cũ p intẽtionẽ cordis agit̃. Per hanc oipotenti deo ad cor iter parat̃ vt mẽti vel pphetie misteria vel cõpũctionis grãm infundat. Vñ scriptũ ẽ. Sacrificiũ laudis honorificabit me: ⁊ illic iter quo ostẽdã illi salutare dei. In sacrificio laudis diuine fit ad iesũ iter ascensionis: q: dũ p psalmodiã cõpũctio effundit: via nobis in corde fit p quã ad iesum veniamꝰ. Dignũ qppe ẽ vt mẽs a psñtibus vniuersis in quãtũ valet fugiat: ⁊ diuinis laudibꝰ atqꝫ spũalibus inhereat: vt celestia ei reuelẽtur. Nihil est in hac mortali vita quo possimus deo familiariꝰ inhęrere q̃ in laudibꝰ ipsiꝰ. Nullus itaqꝫ mortaliũ põt nec x̃pis nec mẽte vtutẽ psalmoꝝ q̃ nõ supficie labioꝝ: sed mẽte intẽta in oipotẽtis dei laudẽ canũtur explicare. In psalmis itaqꝫ inuenies si intẽta mẽte pscruteris dñici x̃pi incarnationẽ passionẽ: resurrectionẽ atqꝫ ascẽsionem. In psalmis inuenies tã intimã orõnẽ si intenta mẽte pscruteris: quãtũ potes p teipsum vllatenꝰ ex cogitare. In psalmis iuenies intimã ofessionẽ petõꝝ tuoꝝ: ⁊ integrã deprecationẽ diuine atqꝫ dñice mie.

In psalmis quoqꝫ inuenies oim q̄ tibi accidūt integram grarū actionē. In psalmis cōfiteris infirmitatē tuam atqꝫ miseriā: ꝛ per hoc miam dei ꝓuocas. Oēs enim virtutes in psalmis inuenies: si a deo vt tibi reuelet secreta psalmorū reqras. ¶ Si vis ꝑ pctis tuis penitētiā agere: ꝛ ꝑ confessionē pctōꝝ tuoꝝ veniā imperare: quātū vales nō celeritate vboꝝ: sed mēte cogitādo ac scrutando decāta illos septenos dauidicos psalmos: qui dicūtur penitētiales: ꝛ celerrime miaꝫ dei inuenies. ¶ Si vis mētē tuā spūali gaudio ꝛ leticia illuminare ꝛ magnā spē de dei mia: ꝛ indulgētiā tibi ꝓmittere: mitte mētem tuā in virtute psalmorū quoꝝ initia sunt hec. ¶ Exaudi dn̄e iusticiā. ps. Ad te dn̄e leuaui. ¶ De⁹ in noie tuo. ¶ Deus misereatur. ¶ Deus in adiutoriū. ¶ In te dn̄e spaui. ¶ Inclina dn̄e. Et spirituali gaudio pfrueris. ¶ Si vis oipotētē deū laudare ꝛ ipsi⁹ maiestati oim bn̄ficioꝝ suoꝝ quib⁹ hūano generi ab initio mūdi in veteri testamēto patriarchis ꝛ prophetis: ꝛ in nouo quo per incarnationē sempiterni filij sui misertus est grās agere: dicas illos psalmos quoꝝ initia sunt hec. ¶ Cōfitemini dn̄o. ¶ Laudate dn̄m de. ¶ Benedic aia dn̄o. Et om̄e mel ꝛ fauū dulce mun⁹ offeres dn̄o. ¶ Si diuersis tribulationib⁹ vł afflictiōibus afflictus sis: ꝛ tibi iͣ videris a deo derelictus q̄ plerūqꝫ sctōs suos ad tp̄s derelinqt ꝓbādos: ꝛ ꝓpter id tibi videt̄ tribulatio maior esse q̄ꝫ tollerarre possis: intima mēte dicas illos psalmos quoꝝ initia sunt hec vꝫ. ps. Deus de⁹ meus respice in me. ¶ Exaudi deus orōnē meā cū depcor. ¶ Saluū me fac. Et clemēs deus te adiuuabit ꝛ tentationē tollerare poteris. ¶ Si vis in presenti vita cōtemplari deū ꝛ ipsum om̄ipotentē ardēti desiderio diligere: intētamēte dicas psalmos illos quoꝝ initia sunt hec. ¶ De⁹ auribus. ¶ Miserere mei deus scdm. ¶ Exaudi deus orationem meā ne nespexeris deprecationē. ¶ In te dn̄e speraui. Et statim

letificabit te i oib⁹ āgustijs tuis. ¶ Post acceptā quietē trāquillitatis: psperitatis tempore hos psalmos dicas in laudē dei. videlicet. Bñdicam dñm. Bñdic aīa mea. Exaltabo te. Et in omi tēpore siue aduersitatis siue psperitatis semp dicas hymnū triū pueroꝝ. vcz. Bñe oia opa dñi dño. Nullus eni mortaliū virtutē huius cātici: et Laudate dñm de celis. explicare pōt. in quib⁹ ois creatura ad laudādū creatorē suū inuocat. Si volueris infimamente exercere te in diuinis laudib⁹ ac pceptis celestibus ꝛ mādatis. Beati immaculati vsq ad psal. Ad dñm cū tribularer. dicas. Et licet huius psalmi virtutem vsq ad vltimū vite tue cōtēpleris atq scruteris nunq pfecte illū (vt puto) intelligere poteris: in quo nullus vsus est in quo nō lex dñi: vel via: vel mādatū: vel vbū: vel iustificationes: vel equitas: vel mia: vel sermōes vel salutare: vel veritas: vel miseratiōes: vel ordinatio: vel testimonia: vel iudicia: vel eloqa: vel mirabilia: vel huiusmodi descripta sint. Et ideo nō est opus vt per diuersos libros animo diffundaris. In psalterio eni solo vsq ad obitū vite hēs materiā legēdi: scrutādi ꝛ docēdi. In quo oēs ppheticos euāgelicos ꝛ oēs diuinos libros experte tractatos: ꝛ oēm virtutē diuinorū dictorū ibi reperies si integramēte scruteris. Distinguitur aūt per tres quinquagenas: quibus tres status christiane religiōis significant. Quoꝝ prim⁹ est in penitentia. Scōs in iusticia. Tertius in laude vite eterne. Quo circa: prima quinquagena in penitētia: scz in psal. Miserere mei deus terminat. Scōa in iusticia. scz in psalmo. Misericordiā ꝛ iudiciū terminat Tertia in laude vite eterne. scz in psalmo. Laudate dñz in sanctis eius terminatur vbi dicitur. Omnis spiritus laudet dñm. ꝛc.

¶ Finis.

¶ Per tabulā sequentem cognosces/ psalmi et cantica quoto folio reperiantur.

A.

¶Finis.

¶ [illegible] Intret oro mea. [illegible] Dñe ne in furore. [illegible] Beati quorum. [illegible] Dñe ne in furore. [illegible] Miserere mei deus. [illegible]
Domine exaudi. [illegible]
De profundis. [illegible]
Domine exaudi. [illegible]
Intret oro mea in cōspectu tuo domine inclina aurem tuā ad preces nostras parce domie parce populo tuo quem redemisti sanguine tuo precioso ne in eternum irascaris nobis. [illegible]
Kyrieleyson. Christeleyson. Kyriel. Christe audi nos. Pater de celis deus: Miserere nobis.
Fili redēptor mūdi de⁹ miserere nobis. Spiritussancte deus: miserere nobis.
Sancta trinitas vnus de⁹. miserere nobis.
Sancta maria ora ꝓ nobis
Sancta dei genitrix. ora.
Sancta vgo vginū. ora.
Sancte michael. ora.
Sancte gabriel. ora.
Sancte raphael. ora.
Omnes scti angeli ⁊ archāgeli dei Orate ꝓ nobis.

Omnes scti beatoꝝ spūum ordines. Orate ꝓ nobis.
Scte ioānes baptista ora.
Omnes sancti patriarche ⁊ ꝓphete: Orate ꝓ nobis.
Sancte petre ora.
Sancte paule ora.
Sancte andrea. ora.
Sancte iacobe ora.
Sancte ioānes ora.
Sancte thoma ora.
Sancte iacobe ora.
Sancte philippe ora.
Sancte bartholomee. ora.
Sancte mathee ora.
Sancte simon. ora.
Sancte thadee ora.
Sancte mathia. ora.
Sancte marce ora.
Sancte luca. ora.
Sancte barnaba. ora.
Omnes sancti apostoli et euāgeliste. orate.
Omnes sancti discipuli domini. orate.
Oēs scti innocētes orate.
Sancte stephane ora.
Sancte line ora.
Sancte clete ora.
Sancte clemēs ora.
Sancte sixte ora.
Sancte corneli ora.
Sancte cipriane. ora.

Sancte laurenti ora.
Sancte grisogone. ora.
Sancte ioannes ora.
Sancte paule ora.
Sancte cosma ora.
Sancte damiane ora.
Sancte fabiane ora.
Sancte sebastiane ora.
Sancte vincenti ora.
Sancte geruasi ora.
Sancte prothasi ora.
Sancte georgi ora.
Sancte victor ora.
Sancte quintine ora.
Sancte leodegari ora.
Sancte blasi ora.
Sancte thoma ora.
Sancte petre ora.
Sancte ignaci ora.
Sancti emetheri et celedoni. Orate pro nobis
Sancti seruandi et germane orate pro nobis.
Sancti tiburci et valeriane. Orate pro nobis.
Sancte Dionisi cum sociis suis. Ora pro nobis
Scte mauricī cū so.tu. ora.
Scte hypolite cū so.tu.ora.
Oēs scti martyres: Orate.
Sancte siluester ora.
Sancte leo ora.
Sancte gregori. ora.
Sancte ambrosi ora.
Sancte augustine ora.
Sancte hieronyme ora.
Sancte martine ora.
Sancte nicolae ora.
Sancte anselme ora.
Sancte illefonse. ora.
Sancte bernarde ora.
Sancte remigi ora.
Sancte hylari ora.
Sancte vedaste ora.
Sancte amande ora.
Sancte medarde ora.
Sancte marcelle ora.
Sancte marcialis ora.
Sancte germane ora.
Sancte eligi. ora.
Sancte benedicte ora.
Sancte basili ora.
Scte ioā.chrisostome.ora.
Sancte egidi ora.
Sancte maure ora.
Sancte lupe ora.
Sancte abdelemine ora.
Sancte ysidore ora.
Sancte dñice ora.
Sancte franciſce ora.
Sancte Paule prime heremite ora.
Sācte antoni abbas. ora.
Sācte ātoni de padua.ora.
Sācte thoma d aqno. ora.
Sancte bonauētura. ora.

Sancte onofri ora.
Sancte vincenti ora.
Omnes sancti cōfes. orate.
Sancta felicitas ora.
Sancta agatha ora.
Sancta lucia ora.
Sancta agnes ora.
Sancta cecilia ora.
Sancta anna ora.
Sancta maria mag. ora.
Sancta catherina ora:
Sctā maria iacobi ora.
Sācta maria salome. ora.
Sancta monica ora.
Sancta margarita ora.
Sancta genouefa ora.
Sancta anastasia ora.
Sancta helisabet ora.
Sancta barbara ora.
Sancta martha ora.
Sancta marina ora.
Sancta iusta ora.
Sancta rufina ora.
Sancta clara ora.
Sancta iuliana ora.
Sancta victoria ora.
Sancta centola ora.
Sancta eulalia ora.
Sancta leocadia ora.
Omnes sancte virgines et
vidue ꝛ continētes. orate.
Omēs sancti ꝛ sctē dei orat.
Omnes sancti ꝛ sancte dei

intercedite pro nobis.
ropiti⁹ esto p̄ce nob̄ dñe
b insidijs diaboli et oim
inimicoꝝ nroꝝ liba nos do.
b omi immūdicia mētis
ꝛ corporis: libera nos dñe.
b imminētib⁹ peccatoꝝ
nroꝝ piculis: liba nos dñe.
fulgure et tempestate li
bera nos dñe.
subitanea et improuisa
morte: libera nos dñe.
damnatione perpetua: li
bera nos dñe.
b ira ꝛ odio ꝛ oī mala vo
luntate libera nos dñe. b
omni malo libera nos dñe.
er incarnationē ꝛ natiui
tatē tuā liba nos dñe. er
passionē ꝛ crucē tuā libera.
er gl'iosaʒ resurrectionē
ꝛ admirabilē ascensionem
tuā. li. er aduētum sancti
spiritus paracliti: libera.
n die iudicij. libera nos.
eccatores. Te rogamus
audi nos. t pacem ꝛ con=
cordiam nobis dones. Te.
t ecclesiam tuam sanctaʒ
catholicā exaltare ꝛ defensa
re digneris: Te rogam⁹ au.
t donum apostolicum et
cunctū ecclesiasticum ordi=

nem in sancta religione cõ-
seruare digneris: Te roga.
Ut pontifices ⁊ ministros
nr̃os et cura sibi cõmissos
mia et pietas tua custodiat:
Te roga. Ut reges ⁊ prin-
cipes nostros ⁊ cunctũ po
pulum christi annũ precio
so sanguine tuo redẽptũ cõ
seruare digneris. Te roga.
Ut inimicos christiani no-
minis dextera tue potentie
cõprimere digneris: te. Ut
loca nr̃a ⁊ oim sctõꝝ in omi
sanctitate ⁊ religione cõser
uare digneris: te. Ut oẽs fa
miliaritate vel cõsanguini-
tate nobis cõiũctos cõserua
re digneris: Te. Ut errãtes
ad viã salutis reducas: Te.
Ut infirmis nr̃is sanitatem
restituas: Te. Ut miserias
pauperũ ⁊ captiuorũ intue-
ri ac reuelare digneris: Te
roga. Ut cunctis fidelibus
dei defunctis requiẽ eternã
dones: te ro. Ut fruct⁹ ter-
re nobis dare ⁊ conseruare
digneris: te ro. Ut spacium
vere penitentie nobis dona
re digneris: te. Ut remissio
nem peccatorũ nostroꝝ no
bis dones: te roga. Ut gra
tiam sancti spũs paraclyti
cordibus nostris clementer
infundere digneris: Te. Ut
ad vitam eternam nos per-
ducere digneris: Te. Fili
dei: te ro. Fili dei: te. Fili
dei: Te. Agnus dei qui tol-
lis peccata mũdi: parce no-
bis dñe. Agn⁹ dei q̃ tollis
peccata mundi: miserere no
bis. Agnus dei qui tollis
peccata mundi: dona nobis
pacẽ. Xp̃e audi nos. Ky-
riel. Pr nr̃. Et ne. Fiat
veniat sup nos mĩa tua dñe
Salutare tuũ scdõ eloq̃uiũ
tuũ. Dñe exaudi. Oremus.
Exaudi q̃s dñe suppli-
cum p̃ces: ⁊ cõfitentiũ
tibi parce petis: vt pariter
nobis indulgentiã tribuas
benignus ⁊ pacem. Oratio.
Deus cui proprium est
misereri semp ⁊ par-
cere suscipe deprecationem
nr̃am: ⁊ nos famulos tuos
quos delictoꝝ cathena con
stringit: miseratio tue pie-
tatis absoluat. Oratio.
Deus qui nos a seculi
vanitate cõuersos ad
brauiũ superne vocationis
amore accẽdis: pectoribus

nostris purificandis illabe re: et gratiã tuaz nobis qua in te perseueremus infunde: vt protectionis tue muniti presidiis: quod te donante promisimus: te adiuuante impleamus: et nostre professionis executores effecti: ad ea que perseuerantibus in te dignatus es promittere pertingamus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui facis mirabilia magna solus: pretende super famulos tuos: et super congregationis illis commissas spiritum gratie salutaris: et vt in veritate tibi complaceant: perpetuum eis rorem tue benedictionis infunde. Oratio.

Deus qui conspicis omni nos virtute destitui interius exteriusque custodi: vt ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore: et a prauis cogitationibus mundemur in mente. Oratio.

Pretende domine famulis et famulabus tuis dexteram celestis auxilii: vt te toto corde perquirant: et que digne postulant assequantur. Oratio.

Deus qui errantibus vt in viam possint redire iustitie veritatis tue lumen ostendis: da cunctis qui christiana professione censentur: et illa respuere que huic inimica sunt nomini: et ea que sunt apta sectari. Oratio.

A Domo tua quesumus domine spirituales nequitie repellantur: et aerearum discedat malignitas tempestatum et fulgurum. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: et concede vt hoc solemne ieiunium quod animis corporibusque curandis salubriter institutum est: deuoto seruicio celebremus. Oratio.

Animabus quesumus domine famulorum famularumque tuarum et omnium fidelium defunctorum oratio proficiat supplicantium: vt eas et a peccatis omnibus exuas: et tue redemptionis facias esse participes. Oratio.

Deus qui es sanctorum tuorum splendor mirabilis atque lapsorum subleuator inenarrabilis: nos famulos tuos sancte dei genitricis et virginis Marie: et omnium sanctorum tuorum semper vbique tuere presidiis: necnon

etiam familiaritate atq; cõsanguinitate nobis coniunctos: ⁊ omni pplo christiano cunctis insidijs inimici fallacis depulsis: cõcede ad celestẽ patriam redeũdi aditum: ac defunctorum omniũ fidelium sacri baptismatis vnda renatorũ aïabus quiete pfrui sempiterna. [illegible]

Pie ⁊ exaudibilis dñe Jesu christe clementiam tuã: cum omni supplicatione deposcimus: vt per interuentũ ⁊ meritũ beate dei genitricis / ⁊ virginis Marie omniumq; sanctorum angelorum: patriarcharum: archangelorum: prophetarum: apostolorum ⁊ euãgelistarũ martyrũ: cõfessorũ: atq; virginũ et oĩm ciuiũ supnorũ atq; electorũ: ecclesie tue sancte catholice fidem augeas: pacem tribuas: rectoribus nostris: et nobis indulgẽtiam ⁊ remissionẽ pctõrũ: infirmis salutẽ: lapsis reparationẽ aeris cõmoditatẽ: nauigantib⁹ atq; iter agentibus fidelib⁹ iter prosperũ ac salutis portum prebeas: tribulatis gaudiũ oppressis releuationẽ captiuis vinctis ⁊ peregrinis remissionẽ ⁊ absolutionẽ atq; ad patriã reuersionem largiaris: angelum tuum sanctum michaelem nobis hic ⁊ vbiq; custodem: ⁊ defensorem: mutuam discordantibus charitatem: in fidelib⁹ veram fidem: et defunctis fidelibus requiem eternam propitius donare digneris. Qui cum deo patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ regnas deus. Per oĩa secula seculorũ. Amen. [illegible]

¶ [illegible] Ad dominũ cum tribularer. [illegible] Leuaui oculos meos. [illegible] Letatus sum. [illegible] Ad te leuaui. [illegible] Nisi quia dñs. [illegible] Gloria patri. Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pr nr. Et ne nos. [illegible] Saluos fac seruos tuos. [illegible] Deus me⁹ sperãtes in te. [illegible] Memor esto congregationis tue. [illegible] Quã possedidi ab initio. [illegible] Dñe exa. Oro. Ops sẽpiťne de⁹: q facis mirabi

Exaudi deus orationẽ meã & ne despexeris deprecationem meã: intende mihi & exaudi me. Satagentis solliciti in tribulatiõe positi: verba sunt ista. Orat multa patiens: de malo liberari desiderans. Superest vt audiamus in quo malo sit: et cum dicere ceperit agnoscamus nos ipsum esse vt communicata tribulatione coniũgamus orationem. Contristatus suz inquit in exercitatione mea: et conturbatus sum. Ubi contristatus? Ubi conturbatus? In exercitatiõe inquit. Homines quos patitur: commemoratus est. Eandemq̧ passionez malorum hominuz exercitationem suã dixit. Ne putetis gratis esse malos ĩ hoc mũdo: et nihil boni de illis agere deum. Omnis malus: aut ideo viuit vt corrigatur: aut ideo viuit vt per eũ bonus exerceatur. ℟. Unus ex discipulis meis tradet me hodie ve illi per quẽ tradar ego. Melius illi erat si natus nõ fuisset. ℣. Qui intingit mecũ manũ in parapside hic me traditurus est in manus peccatorum. Melius illi erat si natus. Lectio. vi.

Utinam ergo qui nos modo exercent cõuertantur: et nobiscuz exerceantur. Tamẽ ꝙ diu ita sunt vt exerceant nos: non eos oderimus. Quia in eo ꝙ malus est quis eorũ vtrum vsq̧ ad finem perseueraturus sit ignoramus. Et plerumq̧ cũ tibi videris odisse inimicũ: fratrem odisti & nescis. Ergo fratres/ om̃es mali cũ mali sunt exercent bonos. Ecce enim breuiter audite et intelligite. Si bonus es: inimicũ non habes nisi malum. Porro ea tibi bonitatis regula p̄fixa est: vt imiteris bonitatem patris tui: qui facit solẽ suum oriri super bonos & malos: et pluit super iustos et iniustos. Neq̧ enĩ tu habes inimicũ: et deus nõ habet. Tu quidẽ eũ habes inimicum qui tecuz creatus est: ille vero euz quem creauit. ℟. Erat quasi agnus innocens ductus ad immolandũ & nesciebã: consiliũ fecerunt inimici mei

aduersum me dicentes. Uenite
mittamus lignũ in panẽ eius et
eradamus eũ de terra viuen=
tiũ. ℣. O ẽs inimici mei aduer
sum me cogitabant mala mihi
verbũ iniquũ mandauerũt ad=
uersuz me dicentes. ℟. Uenite
mittamus lignuz. Lectio .vi.
Inimicos ergo dei ma
los et iniquos sepe in
scripturis legimus: et par=
cet eis ille qui nõ habet qđ
illi imputet inimicus: cui
omĩs amicus ingratus est.
Ab illo enim habet quic=
quid boni habet. Ab ipso
eniz habet misericordiam:
quicquid etiam vnde tribu
latur. Ad hoc enim tribu=
latur ne superbiat: ad hoc
tribulatur vt humilis excel
sum agnoscat. Tu ergo ini=
mico tuo quem intollerabi
liter pateris: quid prestiti=
sti? Si ille eũ habet inimi=
cum qui ei tanta prestitit ⁊
facit solem suũ oriri super
bonos ⁊ malos: et pluit su=
per iustos et iniustos: tu q̃
nec solẽ poteris oriri face=
re: nec super terras pluere:
aliquid vnum seruare non
poteris inimico tuo? vt sit
ti bi pax in terra homini bo
ne voluntatis. ℟. Una ho=
ra non potuistis vigilare mecũ
qui exhortabamini mori ꝓ me.
Uel iudã non videris quomo=
do non dormit sed festinat tra=
dere me iudeis. ℣. Dormite iaz
et requiescite ecce appropinqua
bit q̃ me traditurus est. ℣. Uel
iudã non videris. ℟. Una ho
ra non potuistis vigilare. ⁊c.
¶ In tertio nocturno. Aña.
Uiri iniquis nolite loqui aduer
sus deũ iniquitatẽ. Psalmus
Confitebimur. Aña. Terra
tremuit ⁊ quieuit dũ resurgeret
in iudicio deus. Ps. Notus in
iudea. Aña. In die tribulatio=
nis mee deũ exquisiui manibus
meis. Ps. Uoce mea. ℣. Co=
gitauerunt impii. ℟. Et locuti
sunt nequiciaz. ¶ De episto=
la pauli ad Corinthios. j.
Capitulo .xi. Lectio prima.
Conuenientibus vo=
bis in vnum: iam non
est dominicam cenaz man=
ducare. Unusquisqꝫ enim
suã cenã presumit ad man=
ducandum. Et alius quidẽ
esurit: alius autẽ ebrius est.
Nunquid domos non ha=
betis ad manducandum ⁊

bibendum? Aut ecclesiam dei contēnitis: aut ɔfundi-tis eos q̄ non habēt? Quid dicā vobis? Laudo vos in hoc nō laudo. Ego em̄ ac-cepi a dño qđ ꝛ tradidi vo bis qm̄ dñs Jesus in q̄ no-cte tradebatur accepit pa-nē ꝛ grās agens fregit ꝛ di-xit. Accipite ꝛ manducate: hoc est corpꝰ meū: qđ ꝑ vo-bis tradetur; hoc facite in meā cōmemorationem. ℟. Seniores populi consiliū fece-runt vt iesū dolo tenerēt ꝛ occi derent. Cum gladiis ꝛ fustibus exierunt tanq̄ ad latronem. ℣. Cogitauerunt iniquitatē sibi ꝛ egrediebāt foras. ℟. Cū. Epistola.

Similiter ꝛ calicē post q̄ cenauit dicēs. Hic calix nouū testamentū est in meo sanguine. Hoc faci-te quotienscūq̄ bibetis: in meā cōmemoratiōē. Quo tienscūq̄ em̄ mādučabitis panē hūc: ꝛ calicē bibetis: mortē dñi annūciabitis do nec veniat. Itaq̄ quicunq̄ manducauerit panē vel bi-berit calicem dñi indigne: reus erit corporis ꝛ sangui nis dñi. Probet aūt seipm̄ hō: ꝛ sic de pane illo edat: ꝛ de calice bibat. Qui enim māducat et bibit indigne: iudiciū sibi manducat ꝛ bi bit: nō dijudicās corpꝰ dñi. ℟. Reuelabunt celi iniq̄tatem iude ꝛ terra aduersus eū consur get ꝛ manifestū erit peccatū illiꝰ in die furoris sui. Cū eis q̄ dixe runt dño deo recede a nob scie tiam viarū tuarū nolumus. ℣. In die perditionis seruabitur ꝛ ad diē vltionis ducetur. ℟. Cū eis qui dixerunt. Lectō nona.

Ideo inter vos multi infirmi ꝛ imbecilles ꝛ dormiunt multi. Quod si nosmetipsos dijudicaremꝰ non vtiq̄ iudicaremur. Dū iudicamur aūt a dño corri-pimur: vt non cū hoc mun-do dānemur. Itaq̄ fratres mei cōuenientibꝰ vobis ad manducandū: inuicem ex-pectate. Si q̄s esurit domi mādučet: vt nō in iudiciū ɔueniatis. Cetera aūt cum venero disponā. De spūali bus autē nolo vos ignorare fratres. Scitis qm̄ cū gen-tes essetis: ad simulachra muta prout ducebamini eū tes. Ideo notū vobis facio

q nemo in spū dei loqns: dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dñs iesus: nisi in spū sancto. ℟. O iuda tu dereliquisti consilium pacis et cū iudeis consiliatus es triginta argenteis vendidisti sanguinē iustum. Et pacē osculo ferebas quā in pectore non habebas. ℣. Os enī tuū habundauit malicia: et lingua tua cōcinnabat dolos. ℟. Et pacem. ℣. O iuda. ¶ [illegible] Justificeris dñe in sermonibus tuis: et vincas cū iudicaris. ps. Miserere mei. [illegible] Dñs tanq̄ ouis ad victimā ductus est et nō aperuit os suum. ps. Dñe resu. [illegible] Contritū est cor meum in medio ventris mei cōtremuerūt omnia ossa mea. ps. Deus deus me⁹. [illegible] Exortatus es in virtute tua et in refectione sancta tua dñe. ps. Cantemus domino. [illegible] Oblatus est quia ipse voluit et peccata nostra ipse portauit. ps. Laudate dñm. [illegible] Traditor autem dedit eis signū dicens: quē osculatus fuero ipse est tenete eum. Canticum. Benedict⁹ dñs. Kyrieleison. [illegible] Kyrieleison. ℣. Dñe miserere parce famulis. Christ⁹ dñs factus est obediens vsq̄ ad mortem. Kyrieleison. ℣. Qui passurus aduenisti propter nos. Christeleison. ℣. Qui prophetice promisisti ero mors tua o mors. Christeleison. ℣. Qui expansis in cruce manibus traxisti omnia ad te secula. Christeleison. ℣. Agnus miti basia cui lupus dedit venenosa. Kyrieleison. ℣. Te qui vinciri voluisti nosq̄ a mortis vinculis eripuisti. Kyrieleison. ℣. Vita in ligno moritur infernus et mors lugens spoliatur. Kyrieleison. ℣. Dñe miserere parce famulis. Christ⁹ dñs factus est obediens vsq̄ ad mortē. ℣. Mortem autem crucis. [illegible] Miserere mei deus. [illegible] Respice q̄s. Nota q in his tribus diebus non dicitur ad horas [illegible] neque per consequens Miserere. Sed hac die [illegible] repetitione [illegible] Respice quesumus domine. In aliis duobus diebus non dicitur [illegible] repetitione [illegible] oratio.

¶ Ad primam. Ps. Deus in nomine tuo saluū. Ps. Beati immaculati. Ps. Retribue. Ps. In monte oliueti. Ps. Exurge dñe. Ps. Confiteor deo. ¶ Ad tertiam. Ps. Legem pone mihi dñe. Ps. Tristis est aīa mea. Ps. Deus meus eripe me de manu peccatoris. Ps. Et de manu cōtra legē agentis et iniqui. ¶ Ad vj. Ps. Defecit in salu. Ps. Amicus meus. Ps. Homo pacis mee in quo speraui. Ps. Ampliauit aduersum me supplantationem. ¶ Ad nonā. Ps. Mirabilia testi. Ps. Unus ex discipulis. Ps. Christus factus est pro nobis obediens vsqz ad mortem. Ps. Mortē autē crucis. ¶ In his tribus diebus scz in feria [illegible] sabbato sequentib9 [illegible] psalteriū dicant septē psalmi penitentiales [illegible] diebus [illegible] Deus deus meus respice. Cum ceteris. Sine Gloria patri et filio. Et sine. Letania. [illegible] antiphona Intret oratio mea. post [illegible] dicatur absolute sine versu et sine Dominus vobiscu3. Oratio. Respice quis dñe.

[illegible] Benedicamus domino. ¶ [illegible] sim incipitur. Ant. Calicē salutaris accipiam et nomen dñi inuocabo. Ps. Credidi propter qd locut9. [illegible] Cū his qui oderunt pacē eram pacificus cū loquebar illis impugnabant me gratis. Ps. Ad dominū cū tribularer. Ant. Ab hoibus iniquis libera me dñe. Ps. Eripe me. [illegible] Ant. Custodi me a laqueo quē statuerunt mihi et a scandalis operantiū iniquitatē. Ps. Dñe clamaui. Ant. Considerabā ad dexterā et videba3 et nō erat qui cognosceret me. Ps. Voce mea. [illegible] Cenantibus autē accepit iesus panē benedixit ac fregit deditqz discipulis suis. Ps. Magnificat. Oratio. Respice qs dñe. ¶ Feria vj. in parasceues. Ant. Astiterunt reges terre et principes conuenerūt in vnū aduersus dñm et aduersus xp̄m eius. Ps. Quare fremuerunt gentes. [illegible] Diuiserunt sibi vestimenta mea et super vestē meā miserunt sortem. Ps. Deus deus meus

respice. [illegible] Insur-
rexerunt in me testes iniqui et
mentita est iniquitas sibi. [illegible]
Dñs illuminatio. [illegible]
Diuiserunt sibi vestimēta mea.
[illegible] Et super vestē meā miserunt
sortē. Lectio prima. Aleph.
Ego vir videns paup-
tatem meā: in virga
indignatiōis eius. Aleph.
Me minauit et adduxit in
tenebras et non in lucem.
Aleph. Tantum in me ver
tit et conuertit manū suam
tota die. Beth. Vetustam
fecit pellem meam et carnē
meā et contriuit ossa mea.
Beth. Edificauit in gyro
meo: et circundedit me fel-
le et labore. Beth. In te-
nebrosis collocauit me: q̄si
mortuos sempiternos. Gi-
mel. Circūedificauit aduer
sum me vt nō egrediar: ag-
grauauit compedem meū.
Gimel. Sed et cum clama
uero et rogauero: exclusit
orationem meam. Gimel.
Conclusit vias meas lapi-
dibusq; quadris: semitas
meas subuertit. Deleth.
Ursus insidians factus est
mihi: leo in absconditis.

Deleth. Semitas meas
subuertit et confregit me:
posuit me desolatam. De-
leth. Tetendit arcū suū: et
posuit me quasi signum ad
sagittam. He. Misit in re-
nibus meis: filias pharetre
sue. He. Factus sum in de-
risum omni populo meo:
canticū eorū tota die. He.
Repleuit me amaritudini
bus: inebriauit me absin-
thio. Uau. Confregit ad
numerum dentes meos: ci-
bauit me cinere. Uau. Et
repulsa est a pace aīa mea:
oblitus sum bonorū. Uau.
Et dixi: Periit finis meus:
et spes mea a dño. Zai.
Recordare paupertatis et
transgressionis mee: absin-
thii z fellis. Zai. Memo-
ria memor ero: et tabescet
in me anima mea. Zai.
Hec recolēs in corde meo:
in deo sperabo. Hierusalē /
hierusalem: conuertere ad
dominum deum tuum. R.
Oēs amici mei dereliquerunt
me et preualuerunt insidiantes
mihi tradidit me quē diligebaz
terribilibus oculis plaga crude
li percutiēs. Aceto potabāt me.

℟. Et dederunt in escã meã fel. ℣. Aceto po. Lectio iii. Heth.

Misericordie dñi: quia nõ sumus cõsumpti: q2 non defecerũt miseratiões eius. Heth. Noui diluculo multa est fides tua. Heth. Pars mea dñs dixit anima mea: propterea expectabo eum. Teth. Bonus est dominus sperantibus in eũ: anime q̃renti illum. Teth. Bonũ est p̃stolari cũ silentio: salutare dñi. Teth. Bonum est viro cũ portauerit iugũ: ab adolescentia sua. Iod. Sedebit solitarius et tacebit: q2 leuabit se sup se. Iod. Ponet in puluere os suum: si forte sit spes. Iod. Dabit percutiẽti se maxillam: saturabitur obprobriis. Caph. Quia nõ repellet in sempiternum dominus. Caph. Quia si abiecit et miserebit: secundũ multitudinẽ misericordiarum suarum. Caph. Non enĩ humiliauit ex corde suo: et abiecit filios hoĩm. Lamed. Ut cõtereret sub pedibus suis: oẽs vinctos terre. Lamed. Ut declinaret iudicium viri: in conspectu vultus altissimi. Lamed. Ut peruerteret hominẽ in iudicio suo: dñs ignorauit. Mem. Quis est iste q̃ dixit vt fieret: dño nõ iubẽte. Mem. Ex ore altissimi: non egredient nec mala nec bõa. Mem. Quid murmurauit homo viuẽs: vir p peccatis suis. Nun. Scrutemur vias nr̃as: et q̃ramus et reuertamur ad dñm. Nun. Leuemus corda nr̃a cum manibus ad dñm in celo. Nun. Nos iniq̃ egimus et ad iracũdiam prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es. Samech. Operuisti in furore et p̃cussisti: occidisti nec pepercisti. Samech. Opposuisti nubẽ tibi: ne trãseat oratio. Samech. Eradicationem et abiectionẽ posuisti me in medio pplorum. Hierusalem hierusalem: conuertere ad dñm deũ tuũ.

℟. Vinea mea electa ego te plãtaui. Quomodo conuersa est in amaritudinẽ vt me crucifigeres et barrabam dimitteres. ℣. Ego quidem plantaui te vineã meam electam cũ essem semen verũ. ℟. Quomodo conuersa est in amaritudinem.

Aperuerūt super nos os suū oēs inimici. Phe. Formido et laqueus facta est nobis vaticinatio et contritio. Phe. Diuisiones aquarū deduxit oculus meus: in contritione filie populi mei. Ayn. Oculus meus afflictus est nec tacuit: eo q̄ nō esset requies. Ayn. Donec respiceret et videret: de⁹ de celis. Ayn. Oculus meus depredatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis mee. Sade. Venatione ceperūt me: quasi auem inimici mei gratis. Sade. Lapsa est in lacū vita mea: et posuerunt lapidem super me. Sade. Inundauerunt aq̄ super caput meum dixi perij. Coph. Inuocaui nomen tuum domine de lacu nouissimo. Coph. Vocē meam audisti: ne auertas aurē tuā a singultu meo et clamoribus. Coph. Appropinquasti in die quando vocaui te: dixisti ne timeas. Res. Judicasti domine causam anime mee: redemptor vite mee. Res.

Vidisti domine iniquitatem eorum aduersum me: iudica iudiciū meum. Res. Vidisti omnem furorem: vniuersas cogitatiões eorum aduersum me. Sin. Audisti obprobria eorum domine: omnes cogitationes aduersum me. Sin. Labia insurgentium mihi: et meditationes eorū aduersum me tota die. Sin. Sessionem eorum et resurrectionem eorum vidi: ego sum psalmus eorū. Thau. Redde eis vicem domine iuxta opera manuum suarum. Thau. Dabis eis scutum cordis laborem tuum. Thau. Persequeris in furore: et conteres eos sub celis domine. Hierusalem / hierusalem: conuertere ad dominum deum tuum. R. Tanq̄ ad latronem existis cum gladiis cōprehēdere me. Quotidie apud vos eram in templo docens et non me tenuistis et ecce flagellatū ducitis ad crucifigendū. V. Cūq̄ iniecissent manus in iesum et tenuissent eū dixit ad eos. V. Quotidie apud vos eram. G. Tanq̄ ad latro.

¶ ... Uiri faciebant q̄ q̄rebant aiaȝ meā. Ps. Dn̄e ne in furore. Confundantur ꝛ reuereantur qui querunt animā meā vt auferant eā. Ps. Expectans expectaui. Alieni insurrexerunt in me fortes quesierunt animaȝ meā. Ps. Deus in noīe tuo. Insurrexerunt in me testes iniqui. Et mentita est iniquitas sibi. ... sancti Augustini ...

Protexisti me deus a conuentu malignantiū: ꝛ a multitudine operantiū iniquitatē. Jam ipsum caput nostrū intueamur. Multi martyres talia passi sunt: sed nihil sic elucet: quomodo caput martyrū. Ibi melius intuemur qꝺ illi experti sunt: protectus est a multitudine malignantiū: protegente se deo. Protegente carnē suā in ipso filio et homine quē gerebat: quia filius hominis est: et filius dei est. Filius dei propter formā dei: filius hominis propter formā serui: habēs potestateȝ ponere animam suā: et recipere eā. Quid ei potuerunt facere inimici? occiderūt corpus animam autē non occiderūt. Intendite parū ergo erat dominū hortari martyres verbo: nisi firmaret exemplo. R. Barrabas latro dimittitur et innocens christus occiditur nā et iudas armiductor sceleris qui per pacē didicit facere bellum. Osculando tradidit dominum iesum christum. V. Ecce turba et qui vocabatur iudas venit: ꝛ dū appropinquaret ad Jesum. V. Osculando tradi. Lectio.

Nostis qui conuentus erat / malignantium iudeorum: et q̄ multitudo / operantium inquitatem. Quaȝ iniquitatem? Quia voluerūt occidere dominū iesuȝ christū. Tanta opera bona inquit ostēdi vobis: propter qꝺ horū opus vultis me occidere? Pertulit om̄es infirmos eorum curauit omnes languidos eorum: predicauit regnū celorum: non tacuit vitia eorum vt ipsa potius eis displicerēt: non medicus a quo sanabā

tur. His omnibus curationibus ei⁹ ingrati tanq̄ multa febre frenetici insanientes in medicū: qui venerat curare eos: excogitauerūt consiliū perdendi eū. tanq̄ʒ ibi volentes probare vtrū vere homo sit q̄ mori possit: an aliqd super homines sit: et mori se non p̄mittat. Verbum ipsoꝝ agnoscam⁹ in sapiētia salomōis. Morte turpissima inquiūt: condemnemus eum. Erit enim respectus in sermonib⁹ ipsius. Si enim vere fili⁹ dei est: liberet eum. R. Tradiderunt me in manus impioꝝ et inter iniquos proiecerunt me et non pepercerunt anime mee congregati sunt aduersuʒ me fortes. Et sicut gigantes steterunt contra me. V. Astiterunt reges terre et principes conuenerunt in vnum. S. Et sicut [illegible]

Videamus ergo quid factum sit: quia exacuerunt vt gladiū linguas suas. Filii hominū dentes eoꝝ arma et sagitte: ꝛ lingua eoꝝ gladius acutus. Qd dicit alius psalm⁹: sic et hic. Exacuerūt tanq̄ gladium linguas suas. Non dicant iudei non occidim⁹ christū. Etenī propterea dederunt eū iudici Pilato vt quasi ipsi a morte ei⁹ viderentur immunes. Nam cum dixisset eis Pilatus: vos eū occidite: responderūt. Nobis non licet occidere quemq̄ʒ. Iniquitateʒ facinoris sui in iudiceʒ hominēʒ refundere volebant. Sed nunquid deū iudicem fallebant? Quid fecit Pilatus? In eo qđ fecit aliq̄ntulū particeps fuit: sed in comparatione eoꝝ: multo ipsis innocentior. R. Jesuʒ tradidit impius summis principibus sacerdotum ꝛ senioribus populi: petrus auteʒ sequebatur eum a longe. Ut videret finem. V. Et ingressus petrus in atriū principis sacerdotum. Ut videre. R. Jesum tradidit. ꝛc. ¶ [illegible] Ab insurgentibus in me libera me domine quia occupauerunt animam meaʒ. R. Eripe me. [illegible] Longe fecisti notos meos a me. traditus sum et non egrediebar. [illegible] Domine deus salutis. [illegible]

Captabunt in animam iusti et sanguinē innocentē condemnabunt. Deus vltionum. folio .xxxix. Ab insurgentibus in me. Libera me dñe.

Estinem⁹ ergo ingredi in illaz requiem: vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus est em̄ sermo dei et efficax: et penetrabilior om̄i gladio ancipiti: et pertingens vsq₃ ad diuisionē anime ac spiritus: compagum quoq₃ et medullarū et discretor est cogitationū: et intētionū cordis et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius: ad quez nobis sermo. Habentes ergo pontificez magnū qui penetrauit celos Jesum filiuz dei teneamus nostre spei cōfessionē. Non em̄ habemus pōtificē q̄ non possit cōpati infirmitatib⁹ nostris: tentatū autē per oia pro similitudine absq₃ peccata. Adeamus ergo cum fiducia ad thronū gratie ei⁹: vt misericordiā consequamur: et gratiaz inueniam⁹ in auxilio oportuno. Caligauerunt oculi mei a fletu meo quia elongatus est a me qui consolabatur me videte omnes populi. Si est dolor similis sicut dolor meus. O vos oēs q̄ transitis p̄ viā: attendite et videte. Si.

Omnis nāq₃ pontifex ex hominib⁹ assumptus: pro hominibus constituitur in his que sunt ad deum: vt offerat dona et sacrificia pro peccatis: q̄ condolere possit his qui ignorant et errant: q̄m et ipse circūdatus est infirmitate. Et propterea debet quemadmodū et pro populo: ita et pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisq₃ sumit sibi honorē: sed q̄ vocatur a deo tanq̄ aaron. Sic et christus non semetipsuz clarificauit vt pontifex fieret: sed q̄ locutus est ad eum: filius me⁹ es tu ego hodie genui te. Quēadmodū et i alio loco dicit. Tu es sacerdos in eternū scd̄z ordinē melchisedech. Qui in dieb⁹ carnis

sue p̄ces supplicatiões q̄ ad eū q̄ possit saluū illū a morte facere cū clamore valido et lachrymis offerens: exauditus est pro sua reuerētia. Velum tēpli scissum est: et omnis terra tremuit. Latro de cruce clamabat dicens: memento mei dn̄e dū veneris in regnū tuum. Amē dico tibi: hodie mecū eris in paradiso. Le.

Et q̄dez cū esset filius dei: didicit ex his que passus est obedientiā: et consumat⁹ factus est oīb⁹ obtemperantib⁹ sibi causa salutis eterne appellat⁹ a deo pontifex: iuxta ordinē melchisedech. De quo nob̄ grādis sermo cū in interp̄tabilis ad dicēdū: q̄m imbecilles facti estis ad audiendū. Etenim cū deberetis magistri esse propter tp̄s: rursuz indigetis vt vos doceami ni q̄ sint elemēta exordij sermonū dei: et facti estis quibus lacte opus sit: non solido cibo. Ois enim q̄ lactis est particeps: expers est sermonis iusticie. Paruulus enim est. Perfectoꝝ autē solid⁹ cib⁹: eoꝝ q̄ ꝑ ꝯsuetudine exercitatos hn̄t sens⁹ ad discretionez boni ac mali. Tenebre facte sunt dū crucifixissent Jesum iudei: et circa horā nonā exclamauit iesus voce magna: deus deus me⁹ vt q̄d me dereliquisti: et inclinato capite emisit sp̄m. Tunc vn⁹ ex militibus lancea latus eius ꝑforauit et continuo exiuit sanguis et aq̄. Cum ergo accepisset Jesus acetum dixit: consummatū est. Tunc vnus. Tenebre.

¶ Proprio filio suo non pepercit deus: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Miserere. Anxiatus est in me sp̄us me⁹ in me turbatuz est cor meum. Dn̄e exaudi orō. Ait latro ad latronem nos q̄dez digna factis recipimus: hic autē quid fecit memento mei dn̄e dū veneris in regnum tuum. Deus deus meus. Dum conturbata fuerit anima mea domīe misericordie memor eris. Dn̄e audiui. Memento mei dn̄e dū veneris in regnū tuum. Laudate. Posuerunt super caput eius causam ipsius scriptuz Jesus Nazarenus rex Judeorum.

Benedictus dñe.
Kyrieleison.
Respice qs dñe.
Deus in nomie tuo sal.
Oẽs amici mei.
Legem pone mihi dñe.
Vinea.
Defecit in salutare. ꝛc.
Tanq̃ ad latronẽ.
Mirabilia testimonia.
Barrabas latro.
Calicem saluta.
Cum accepisset acetum iesus dixit consummatum est: ꝛ inclinato capite emisit spm.

In pace in idipsum: dormiam ꝛ requiescam. Cũ inuoca.
Habitabit in tabernaculo tuo requiescet in monte sancto suo. Dñe qs habi.
Caro mea req̃escet in spe.
Conserua me.
In pace in idipsum. Dormiã et requiescam.
Quomodo obscuratũ est aurũ mutatus est color optimus: dispersi sũt lapides sanctuarij in capite omniũ platearũ.
Filij syon incliti et amicti auro primo: quomodo reputati sunt in vasa testea: opus manũ figuli.
Sed et lamie nudauerunt mammã: lactauerunt catulos suos. Filia ppli mei crudelis: quasi structio in deserto. Adhesit lingua lactentis: ad palatum eius in siti. Paruuli petierũt panẽ: et non erat q̃ frangeret eis. Qui vescebantur voluptuose interierunt in vijs q̃ nutriebant̃ a croceis amplexati sunt stercora. Et maior effecta est iniqtas filie populi mei peccato sodomorum: que subuersa est in momento: et non ceperũt in ea manus.
Candidiores nazarei eius niue: nitidiores lacte: rubicundiores ebore antiquo: saphyro pulchriores.
Hierusalem hierusalem: conuertere ad dñz deũ tuũ.
Sepulto dño signatum est monumentũ voluentes lapidez ad ostiũ monumẽti. Ponentes milites qui custodirent illũ.
Ne forte veniãt discipuli eius et furẽtur eũ ꝛ dicãt plebi surrexit a mortuis. Ponentes milites qui.
Emigrata est sup eam

bones facies eorum: et nō sunt cogniti in plateis. Adhesit cutis eorum ossibus: aruit et facta est quasi lignum.

Melius fuit occisis gladio q̄ interfectis fame: quoniam isti extabuerunt consumpti a sterilitate terre. Manus mulierū misericordiū coxerunt filios suos: facti sunt cibus earū: in contritione filie populi mei.

Compleuit dominus furorem suū: effudit iram indignationis sue: et succendit ignē in syon: et deuorauit fundamenta ei⁹.

Non crediderūt reges terre et vniuersi habitatores orbis: qm̄ ingrederet̄ hostis et inimicus per portas hierusalem. Propter peccata prophetarum eius: et iniquitates Sacerdotū eius: qui effuderūt in medio eius sanguinem iustorum. Errauerunt ceci in plateis: polluti sunt in sanguine. Cūq; non possent tenuerūt lacinias suas.

Recedite polluti clamauerūt eis: recedite: habitate: nolite tangere. Jurgati quippe sunt et cō moti dixerūt inter gentes: non addet vltra vt inhabitet in eis. Hierusalem/ hierusalem: conuertere ad dominum deum tuum.

Hierusalem luge et exue te vestibus iocunditatis: induere cinere et cilicio. Quia in te occisus est saluator israel. Deduc quasi torrentem lachrymas per diem et noctem: et nō taceat pupilla oculi tui. Quia in te occisus.

Acies domini diuisit eos: non addet vt respiciat eos: facies sacerdotum non erubuerunt: neq; senum miserti sunt.

Cum adhuc subsisteremus: defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum: cum respiceremus attente ad gentem que saluare nos non poterat. Lubricauerūt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum: appropinquauit finis noster. Completi sunt dies nostri: quia venit finis noster. Velociores fuerūt persecutores nostri

aquilis celi. Super mon-
tes persecuti sunt nos: in-
sidiati sunt nobis. Res.
Spiritus oris nostri Chri-
stus dominus captus est in
peccatis nostris: cui dixi-
mus in vmbra tua viuem⁹
in gentibus. Syn. Gaude
et letare filia edom que ha
bitas in terra Hus: ad te
quoq; perueniet calix: ine-
briaberis atq; nudaberis.
Thau. Completa est iniq-
tas tua filia syon: non ad-
det vltra vt transmigret te.
Visitauit iniquitatem tuam
filia edom discooperuit pec-
cata tua. Hierusalem hie-
rusalem: conuertere ad do-
minum Deum tuum.
Plange quasi virgo plebs tua
vlulate pastores in cinere et ci-
licio. Quia veniet dies domini
magna et amara valde. Vl-
lulate pastores et clamate asper-
gite vos cinere. Quia veniet
dies domini magna et amara
valde. Plāge quasi virgo.
¶ [illegible]
Eleuamini porte eternales: et in
troibit rex glorie. [illegible]
Domini est terra. [illegible]
Credo videre bona do-
mini in terra viuentium. [illegible]
Dominus illuminatio mea.
[illegible] Domine ab-
straxisti ab inferis animā meā.
[illegible] Exaltabo te do
mine. [illegible] Leto
mea. [illegible] Requiescet in spe. [illegible]

Accedet homo ad cor
altum: et exaltabitur
deus. Illi dixerūt. Quis
nos videbit? Defecerunt
scrutantes scrutationes: cō
silia mala. Accessit homo
ad ipsa consilia: passus est
se teneri homo. Non enim
teneretur nisi homo: aut vi
deretur nisi homo: aut cede
retur nisi homo: aut cruci-
figeretur et moreretur nisi
homo. Accessit ergo ho-
mo ad illas omnes passio-
nes: que in illo nihil vale-
rent nisi esset homo. Sed si
ille non esset homo: non li-
beraretur homo. Accessit
homo ad cor altum: idest
cor secretū obijciens aspe-
ctibus humanis hominem:
seruans intus deum: celans
formam dei in qua equalis
est patri et offerens formā

serui qua minor est patre. Ipse enim dixit vtrumqz: sed aliud ex forma dei: aliud ex forma serui. Dixit ex forma dei: ego et pater vnum sum⁹. Dixit ex forma serui: quoniam pater maior me est. Unde ex forma dei: ego et pater vnũ sumus? Quia cum in forma dei esset: non rapinaz arbitratus est esse se equalem deo. Unde ex forma serui: quoniaz pater maior me est? Quia semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. R. Recessit pastor noster fons aque viue ad cuius transitum sol obscuratus est. nam et ille captus est qui captiuum tenebat primum hominem. Hodie portas mortis et seras pariter saluator noster disrupit. V. Ante cuius cõspectum mors fugit ad cuius vocez mortui resurgunt: videntes aũt eum porte mortis cõfracte sunt. Hodie portas. Lectio .iii.

Accessit ergo homo ad cor altum: et exaltatus est deus. Occiditur homo exaltatur deus. Quod enim occisus est: ex infirmitate humana fuit. Quod resurrexit et ascendit: ex potestate diuina. Accedet homo ad cor altum: cor secretum: cor abditũ non ostendens quid nosset: non ostendens qd esset. Illi putantes hoc totuz esse quod videbatur: occidunt hominem in corde alto: et exaltatur deus in corde diuino. Potentia eniz Maiestatis exaltatus est. Et quo exaltatus? Unde recessit humiliatus. Accedet homo ad cor altum et exaltabitur deus. Propterea iam attendite fratres mei: cor altum hominis. Cuius hominis? Mater syon dicet homo: et homo factus est in ea. et ipse fundauit eam altissimus. In ipsa Ciuitate factus est homo: quam ipse fundauit altissimus: quia in ea factus est homo. R. O vos omnes qui transitis per viam: attendite et videte. Si est dolor similis sicut dolor meus. V. Attendite vniuersi populi et videte. Si est dolor similis. Lectio .iiii.

Quid sequitur? Sagitte infantiuz facte sunt plage eorum. Ubi est

seuicia? Ubi est iste fremitus leonis: populi rugientis et dicentis: crucifige crucifige? Ubi sunt insidie arcum tendentium? Nonne sagitte infantium facte sunt plage eorum? Nostis quemadmodum sibi faciunt de cannicijs sagittas infantes. Quid feriunt: aut unde feriunt? Que manus aut quod telum? Que arma: aut que membra? Sagitte infantium facte sunt plage eorum. Acuunt nunc linguas suas tanquam gladium: firment sibi sermonem malignum. Merito sibi cōfirmauerunt: quia infirmate sunt super eos lingue eorum. Nunquid poterat esse hoc firmum aduersum Deum? Mentita est iniquitas iniquit sibi. Infirmate sūt lingue eorum super eos. Ecce resurrexit dominus qui occisus erat. Transibant ante crucem vel stabant et intuebantur illum: sicut psalmus ante predixerat. Foderunt manus meas et pedes meos dinumerauerūt omnia ossa mea. Ecce quomodo moritur iustus et nemo percipit corde et viri iusti tolluntur et nemo considerat a facie iniquitatis ablatus est iustus. Et erit in pace memoria eius. In pace factus est locus eius et in syon habitatio eius. Et erit. Ecce quomodo. [illegible] Deus adiuuat me et dominus susceptor est anime mee. Deus in nomine tuo. [illegible] In pace factus est locus eius et in syō habitatio eius. Notus in iudea. [illegible] Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Dñe deus salutis mee. [illegible] In pace factus est locus eius. Et in syō habitatio eius. [illegible]

Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius tabernaculū non manu factum idest non huius creationis. Neqz per sanguinem hyrcorum aut vitulorum: sed per propriū sanguinem introiuit semel in sancta eterna redemptione inuenta. Si enim sanguis

hircorum et thaurorum et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo: emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad serviendū deo viventi? Et ideo novi testamenti mediator est: vt morte intercedente in redemptionem earū prevaricationum que erāt sub priori testamento: repromissionem accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis. Estimatus sum cum descendētibus in lacum. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Posuerunt me in lacu inferiori in tenebrosis et in umbra mortis. Factus sum sicut homo sine adiuto.

Ubi enim est testamentū: mors necesse est vt intercedat testatoris. Testamentū eñi in mortuis confirmatū est. Alioquin nondum valet: dū vivit qui testatus est. Unde nec primū quidē sine sanguine dedicatum est. Lecto eñi mandato legis a Moyse vniverso populo: accipiēs sanguinē vitulo et hirco cū aqua et lana coccinea et hysopo/ ipsum quoq librū et omnē populum aspersit dicens. Hic sanguis testamenti: qd mandavit ad vos deus. Etiam tabernaculū et omnia vasa ministerij sanguine similiter aspsit: et omnia pene in sanguine mundātur secundū legē: et sine sanguinis effusione non fit remissio. Necesse est ergo exemplaris quidem celestium his mundari: ipsa autem celestia melioribus hostijs q istis.

Agnus dei christus immolatus est pro salute mundi: nam et de parentis prothoplasti fraude facta cōdolens quando pomi noxialis morte morsu corruit. Ipse lignum tunc notavit damna ligni vt solveret. Christus factus est pro nobis obediēs vsq ad mortem; mortem autem crucis. Ipse lignum tunc notavit damna ligni.

Non enim in manu factis sanctis introivit Jesus exemplaria verorum:

sed in ipsum celum vt appa
reat nunc vultui dei pro no-
bis. Neqz vt sepe offerat se-
metipsum: quemadmoduz
pontifex intrauit in sancta
per singulos annos in san-
guine alieno. Alioqn opor
tebat eum frequenter pati
ab origine mundi. Nūc au-
tem semel in consumatione
seculorum: ad destructionē
peccati per hostiam suam
apparuit. Et quemadmodū
statutum est hominibus se
mel mori: post hoc autem
iudicium: sic et Christus se-
mel oblatus est ad multorū
exhaurienda peccata: secū-
do autem sine peccato ap-
parebit omnibus expectan
tibus se in salutem. R. Si-
cut ouis ad occisionem ductus
est: et dum male tractaretur nō
aperuit os suum. Traditus est
ad mortem vt viuificaret popu
lum suum. V. In pace factus est
locus eius: et in syon habitatio
eius. Traditus est ad mortē.
V. Sicut ouis ad occisionem.
¶ In laudibus antiphona.
O mors ero mors tua morsus
tuus ero inferne. Psalmus.
Miserere mei deus.

Plangent eū quasi
vnigenitum quia innocens do-
minus occisus est. Psalmus.
Iudica me deus et discerne
causam meam. Aña.
Attendite vniuersi populi et vi-
dete dolorem meum. Psalmus.
Deus deus meus: ad te de.
A porta inferi
erue domine animā meam. Can.
Ego dixi.
O vos omnes qui transitis per
viam: attendite et videte si est
dolor similis sicut dolor meus.
Psalmus. Laudate dn̄m.
Antiphona. Mulieres seden
tes ad monumentum lamenta-
bantur flentes dominum. Can-
ticum. Benedictus domi-
nus deus israel. Kyrielei-
son. vt supra cum precibus.
¶
Deus in nomine tuo saluū
me fac. Sepulto domino.
¶ Dicitur.
¶ Plange. etc.
¶ Recessit.
¶ Sabbato. ad vesperas.
Alleluia.

Laudate dominum omnes gentes. Sine Gloria patri. Deinde repetitur antiphona. Sacerdos stans ad altare incipit antiphonam. Vespere autem sabbati. [illegible] sequitur cum choro [illegible] Magnificat. Sine Gloria patri. Sacerdos iterum incipit predictam antiphonam. [illegible] Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. [illegible] Ite missa est. [illegible] Alleluia. [illegible] vespere et missa in silentio. [illegible] Alleluia quoniam in eternum alleluia: misericordia eius alleluia / alleluia. Ps. Laudate dominum omnes gentes. [illegible] Gloria patri. [illegible] quamlibet [illegible] antiphona predicta. Antiphona. Vespere autem sabbati: que lucescit in prima sabbati venit Maria magdalene et altera maria videre sepulchrum alleluia. Canticum. Magnificat aia mea. Oratio.

Spiritum nobis domine tue charitatis infunde: ut quos sacramentis paschalibus satiasti: tua facias pietate concordes. Per dominum nostrum. In unitate eiusdem spiritus sancti. [illegible] Ite missa est. [illegible] Benedicamus domino / alleluia: alleluia. Ad completorium [illegible] Jube domne benedicere. [illegible] Converte nos deus salutaris. [illegible] Deus in adiutorium ⁊c. [illegible] Pater noster. [illegible] Cum invocarem. In te dñe speravi. Ecce nunc benedicite. Sine Gloria pri ⁊ filio. [illegible] Alleluya. Cõfiteor. [illegible] Presta nobis. [illegible] Domin⁹ vobiscum. [illegible] Benedicamus domino. [illegible] Dñe labia mea apies. [illegible] Deus in adiutoriũ. [illegible] Gloria patri.







¶ [illegible]
Surrexit dñs vere alla. Venite adorem⁹ alla.
Ego sū qui sum ꝛ cōsiliū meū nō est cū impiis sed in lege dñi voluntas mea est all. Bts vir.
Postulaui patrē meū alla dedit mihi gētes alla in hereditatē alla. Quare fre.
Ego dormiui ꝛ sompnū cepi ꝛ resurrexi q: dñs suscepit me all. Dñe qd multi. Resurrexit dñs all. Sicut dixit vob all.

[illegible]
In illo tempore. Maria magdalene ꝛ Maria Jacobi et Salome abeuntes: emerunt aromata vt venientes vngerent Jesum. Et reliqua. ¶

Audistis fres charissimi: ꝙ scte mulieres q̄ dñm fuerāt secute cū aromatib⁹ ad monumētū venerūt: ꝛ ei quē viuentē dilexerāt etiā mortuo studio hūanitatis obsequūtur. Sed res gesta aliquid in scta ecctia signat gerendū. Angel⁹ dñi descēdit de celo et accedens reuoluit lapidē ꝛ sup eum sedebat ꝛ dixit mulierib⁹ nolite timere: scio em̄ ꝙ crucifixū qritis. Jā surrexit venite ꝛ videte locū vbi posu⁹ erat dñs all. Angelus dñi locutus est mulieribus dicēs quē queritis an iesum qritis. Jā. Gloria pri. Jam.

Hec quippe necesse est vt audiamus q̄ facta sunt: quaten⁹ cogitem⁹ et q̄ nobis sunt ex eoꝝ imitatione faciēda. Et nos ergo in eū q̄ est mortuus credentes si odore virtutū referti cū opinione bonoꝝ operū dñm qrim⁹: ad monumentū profecto illi⁹ cū aromatib⁹ venim⁹. Angelus dñi locutus est mulieribus dicēs quē queritis an iesum queritis. Jā surrexit venite ꝛ videte alla all. Ecce p̄cedet vos in galileam ibi eum videbitis sicut dixit vobis. Jam surrexit. Gloria patri. Jam sur.

Ille aūt Mulieres angelos vident q̄ cū aromatib⁹ venerūt. q: videlicet ille mente supernos ciues aspiciūt: q̄ cū virtutū odoribus ad deū p sancta deside ria pficiscūt. Notādū vero nobis est: quid nā sit ꝙ in

dextris sedere angel⁹ cerni-
tur. Quid nã p sinistrã nisi
vita p̃sens: qd vero p dexte
ram nisi ppetua vita signat?
Unde scriptũ est. leua eius
sub capite meo: et dextera
illius amplexabit me. quia
igit redẽptor nr̃ iã p̃sentis
vite corruptionez trãsierat:
recte ãgel⁹ q nũciare phẽnẽ
eius vitã venerat in dexte-
ra sedebat. [illegible] Cũ transisset
sabbatuz Maria magdalene et
Maria iacobi ⁊ salome emerũt
aromata. Ut venientes vngerẽt
iesum all'a: all'a. [illegible] Et valde ma-
ne vna sabbatoꝝ veniũt ad mo
numẽtũ orto iã sole. [illegible] Ut. [illegible]
Gloria. [illegible] Ut. [illegible] Cũ transisset.
[illegible] Te deũ. [illegible] Surrexit
dñs vere all'a. p̃. Et apparuit si-
moni all'. [illegible] Et respi-
cientes viderũt reuolutũ lapidẽ
erat q̃ppe magn⁹ valde all'a. [illegible]
Dñs regnuit. [illegible]
Precedã vos in galileam ibi me
videbitis sicut dixi vobis all'. [illegible]
Oportebat pati xp̃z ⁊ resurgere
a mortuis all'a. [illegible] Surrexit
dñs de sepulchro q̃ p nobis pepẽ
dit in ligno all'. [illegible] Surrexit
xp̃s ⁊ illuxit pp̃lo suo quẽ rede-
mit sanguine suo all'. [illegible]

[illegible] Et valde mane vna sabba
toꝝ veniũt ad monumẽtuz orto
iam sole all'a. [illegible] Dñs.
[illegible] Dñs vobis. [illegible]

Deus q hodierna die
p vnigenitũ tuũ eter
nitatis nobis aditũ deuicta
morte reserasti vota nr̃a q̃
p̃ueniendo aspiras etiã ad-
iuuãdo psequere. Per eũdẽ.
¶ [illegible] Deus
in adiutoriũ. [illegible] Gl'ia pri.
[illegible]
[illegible] All'. Hec dies.
[illegible] Hec dies q̃ȝ fecit dñs.
[illegible] Dñs vobiscũ.
[illegible] Benedicamus domino. ⁊c.
[illegible] Alleluya.
[illegible] Quicũq; vult.
[illegible]
[illegible] Dñe mi-
serere. [illegible]
Hec dies. ¶ [illegible]
Deus in noie. [illegible] Beati ima-
culati. [illegible] Retribue. [illegible]
All'a. Hec dies quã fecit dñs: ex
ultemus ⁊ letemur in ea. [illegible]
[illegible] Cõfiteor. ¶ [illegible]
Legẽ po. [illegible] All'. Hec dies.
[illegible]
[illegible]
Presta nobis q̃s oĩps

⁊ misericoꝛs deꝰ: vt in resur rectione dñi nr̃i iesu xp̄i pci piamus veraciter poꝛtiōez. Qui te. Defecit. Alla. Hec dies.

Concede q̃s op̄s deus vt q̄ pctōꝝ nr̃oꝝ pōdere p̄mimur a cunctis malis imminētibꝰ p hec festa paschalis liberemur. Per d. Mirabilia tc. Alla. Hec dies.

Concede q̃s op̄s deꝰ: vt q̄ resurrectiōis dñice solēnia colimꝰ: inouatiōe tui spūs a morte aīe resurgamꝰ. p eūdē. eiusdē. Surrexit xp̄s. Dixit dñs. Cōfitebor. Bt̄s vir. Hec dies. Cōfitemini dño qm̄ bonꝰ: qm̄ in sclꝫ mia eiꝰ. All. all. Epulemur in azimis sinceritatis ⁊ veritatis.

Victime paschali laudes: immolēt xp̄iani. Agnus redemit oues: xp̄s innocens pr̄i recōciliauit pctōres. Moꝛs et vita duello conflixere mirando dux vite moꝛtuꝰ regnat viuus. Dic nobis maria q̄d vidisti in via. Sepulchrū xp̄i viuētis ⁊ gl'iam vidi resurgētis. Dic nob. Angelicos testes sudariū ⁊ vestes. Dic nob. Surrexit xp̄s spes mea p̄cedet suos in galileā. Credendū est magis soli marie veraci q̄ȝ iudeoꝛuȝ turbe fallaci. Scimꝰ xp̄ꝫ surrexisse a moꝛtuis vere tu nobꝭ victoꝛ rex miserere. amē. All. Et respiciētes. Wgt. Deꝰ q̄ hodier. Christꝰ resurgēs ex moꝛtuis iā nō moꝛit' moꝛs illi vltra nō dn̄abit'. Qđ em̄ viuit viuit deo all. all. Dicāt nūc iudei quō milites custodientes sepulchrū pdiderūt regem ad lapidis positionē: q̄re nō seruabāt petrā iusticie? aut sepultū reddāt: aut resurgentē adoꝛēt nobiscū dicentes. Qđ. Surrexit dñs de sepulchꝛo all. Qui p nobꝭ pependit in ligno al.

Presta q̃s op̄s deꝰ: vt q̄ resurrectiōis dñice solēnia colimꝰ redēptionis nr̄e suscipe leticiaꝫ mereamur. p eū. Sedit āgelꝰ ad sepulchrū dñi stola claritatꝭ coopꝰ: vidētes eū mulieres nimio terroꝛe pterrite astiterūt a lōge tūc locutꝰ est angelꝰ ⁊ dixit eis. Nolite metuere dico vobis q illū quē q̄ritis moꝛtuū iā viuit ⁊ vita hoīm cū eo surrexit all'a.

Crucifixum in carne laudate et sepultu[m] p[ro]pter vos glorificate resurgentemq[ue] de morte adorate.
Nolite. Noli flere maria: all[elui]a. Jam surrexit dominus. alleluia.
Presta q[uaesumu]s o[mni]p[oten]s deus ut q[ui] gr[ati]am dominice resurrectio[n]is agnouim[us]: ipsi p[er] amore[m] sp[irit]us a morte a[n]i[m]e resurgamus. p[er] eu[n]d[em].

Jube domne.
P[ate]r n[oste]r. Co[n]uerte nos deus. De[us] in adiutoriu[m].
Gloria p[at]ri et filio.
Cu[m] inuocarem.
In te d[omi]ne. Ecce nunc.
Gl[or]ia p[at]ri. All[eluia].
Nec pies. Co[n]fiteor.
Presta nobis q[uaesumu]s.

Surrexit d[omi]n[u]s vere all[elui]a all[elui]a. Uenite.
Precedā vos. Cu[m] inuocarem. Uerba mea. D[omi]ne ne in furore. Resurrexit d[omi]n[u]s all[eluia].

Mil. t. Exeuntes duo ex discipulis iesu ibant in castellu[m] q[uo]d erat in spacio stadioru[m] sexaginta ab hierusalem nomine emaus. Et reli[qua].

In quotidiana nob[is] solēnitate laborantib[us] pauca loq[ue]nda sunt: et fortasse hec utilius p[ro]deru[n]t. Q[uia] sepe et alimēta q[uae] minus sufficiunt: auidi[us] sumu[n]t. Lectionis ergo eua[n]gelice summatim sensu[m] statui no[n] p[er] singula u[er]ba discutere: ne dilectione[m] u[est]ram valeat sermo p[ro]lixior expositio[n]is onerare. Maria magdalene et altera maria ibant diluculo ad monumentu[m]. iesum que[m] q[ue]ritis no[n] est hic surrexit sicut locut[us] est. Precedet vos i[n] galilea[m] ibi eu[m] videbitis all[eluia]. Cito eu[n]tes dicite discipulis ei[us] et petro q[uia] surrexit d[omi]n[u]s. Prece.
Ecce audistis fr[atr]es charissimi: q[uod] duob[us] discipulis a[m]bula[n]tib[us] in via non q[ui]de[m] credentib[us] sed tamen de se loq[ue]ntib[us]: d[omi]n[u]s apparuit: sed eis spe[cie]m qua[m] recognoscere[n]t no[n] o[st]e[n]dit. Hoc ergo egit foris d[omi]n[u]s in oc[u]lis corporis: q[uo]d ap[u]d ipsos agebat intus in oc[u]lis cordis. Tulerunt dominu[m] meu[m] et nescio vbi posuerunt

tu: ait ei angel⁹: noli flere maria surrexit sicut dixit. Precedet vos in galileam. ibi eū videbitis all'.

Cito euntes dicite discipulis eius et petro q2 surrexit dñs. Precedet vos in.

Ipsi nãq3 ap̄s semetipsos intus ꝛ amabāt et dubitabant. eis aūt dñs foris ꝛ presens aderat et quis esset non ostendebat. de se ergo loq̄ntib⁹ dñs presentiā exhibuit: sed de se dubitāti bus cognitiōis sue speciem abscondit. Cōgratulamini mihi oēs q̄ diligitis dñm: q2 quem q̄rebā apparuit mihi. Et dum flerem ad monumentū vidi dñz meū all'. Tulerūt dñz meū et nescio vbi posuerunt cū si tu sustulisti euz dicito mihi. Et. Gloria patri. Et dum. Cōgratulamini.

Te deū.

Surrexit dñs ve.

O portebat xp̄z pati.

Tu solus peregrinus es in hierl'm. ꝛ nō audisti de iesu q̄ño tradiderūt eū in dānatiōez mortis all'. Bñs.

Deus q̄ solēnitate paschali mundo remedia contulisti: pplm tuū q̄s dono celesti prosequere: vt et perfectā libertatem consequi mereatur: ꝛ ad vitam proficiat sempiternā. Per.

Surrexit. Hec dies. Dicat nūc israel qm̄ bonus: qm̄ in seculū misericordia ei⁹. Alla all'. Nōne cor nr̄m ardēs erat in nobis de iesu dū loq̄retur nobis in via. Victime pascha. Alla. Et coegerūt illū dicētes mane nobiscū dñe q2 aduesperascit all'a. Magr. Deus q̄ solē.

Concede q̄s oñs de⁹: vt festa paschalia q̄ venerādo colim⁹ etiā viuendo teneamus. p.

Deus q̄ pplm tuum de hostis callidi seruitute liberasti/ p̄ces ei⁹ misericorditer respice: ꝛ aduersantes ei tua v̄tute ꝯsterne. p.

¶ Surrexit dñs. Precedam vos. Dñe de⁹ me⁹ in te. ps. Dñe dñs nr̄. In dño ꝯfido. Surrexit dñs vere all'a. Et

equit simō ī all'a.

Nil. tē. Stetit iesus in medio discipulorum suorū et dixit eis pax vobis. Ego sum nolite timere. Et reliq.

Gloriā sue resurrectionis dñs et redēptor nr̄ paulatim discipulis et p incremētū tp̄is ostēdit: qz nimirū tanta erat virtus miraculi vt hanc repēte totā capere fragilia mortalium pectora non possent. Virtute magna reddebāt apostoli. Testimoniū resurrectionis Jesu xp̄i dñi nr̄i all'a all'a. In oēm terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. Testi.

Et q̄dē quantū ex euangelice serie lectionis inuenimus: quinquies ipsa q̄ surrexit die visus est hoib⁹. Pmo Marie magdalene ad monumentum: qñ ei desideranti pedes eius āplecti dictū est: noli me tangere nōdū eñi ascēdi ad p̄rē meum. Surgens iesus dñs nr̄ stans in medio discipulorum suorū dixit pax vobis all'a. Gauisi sunt discipuli viso dño all'a. Surrexit dñs de sepulchro q̄ p nobis pependit in ligno. Gauisi sunt discipuli viso dño.

Deinde duab⁹ currentibus a monumento nūciare discipulis / q̄ ab āgelis de pfecta ei⁹ resurrectione didicerāt. de qb⁹ scriptū est. qz accesserūt et tenuerūt pedes ei⁹ et adorauerūt eum. apparuit ipso die aduesperascēte duobus eūtibus in castellū Emaus qui eum ad hospiciū vocantes in panis fractione cognouerūt: apparuit et petro. Surrexit pastor bonus q̄ posuit animam suā p ouibus suis. Et p suo grege mori dignat⁹ est all'a all'a. Surrexit dñs de sepulchro q̄ p nobis pependit in ligno. Et. Gl'ia pr̄i. Et. Surrexit. Surrexit dñs de sepul. Oportebat xp̄m. Stetit iesus in medio discipulorum suorum et dixit eis pax vobis: all'a. Bñs.

Deus qui ecclesiā tuā nouo semp fetu multiplicas concede famulis tuis vt sacramēta viuēdo teneāt q̄ fide perceperūt. Per dñm. Surrexit xp̄s. Hec dies. Dicant nunc

qui redempti sunt a dño quos redemit de manu inimici et de regiōibus cōgregauit eos. Alla: all. Surrexit dñs et occurrens mulieribus: ait auete tunc accesserunt ⁊ tenuerūt pedes ei⁹. All. Victime pascha. Obtulerūt discipuli dño partē piscis assi ⁊ fauū mellis alla: all. Mgt. Deus q̄ ecclesiam tuaz.

Presta q̄s ops deus vt p̄ hec paschalia festa q̄ colim⁹ semp̄ in tua laude viuam⁹. p.

Deus q̄ conspicis familiā tuā omni hūana virtute destitui: paschali interueniente festiuitate tui eaz brachij protectione custodi. p. ¶ Surrexit dñs. Precedaz. Saluū me fac. Usqȝquo. Dixit isipiēs. Surrexit dñs de sepulchro: all. Qui nobis pepēdit in ligno all.

In illo. t. Manifestauit se iterū Jesus ad mare tyberiadis. Et rel.

Lectio sancti euangelij q̄ modo in nr̄is aurib⁹ lecta est frēs mei: q̄stione animū pulsat: sed pulsatio sua veri discretionē indicat. Isti sunt agni nouelli q̄ annunciauerūt alla: modo venerūt ad fontes. Repleti sunt charitate alla: all. In cōspectu agni amicti stolis albis ⁊ palme in manibus eoꝝ. Repleti.

Ueri etenim potest: cur petrus q̄ piscator ante cōuersionē fuit: post cōuersionē ad piscationez rediijt. Et cuz veritas dicat: nemo mittēs manū suā ad aratrū ⁊ aspiciēs retro: apt⁹ est regno dei: cur repetit qd̄ dereliq̄t. Ecce vicit leo de tribu iuda radix Dauid apire librum et soluere septē signacula eius. Alla: alla: all. Et vnus de senioribus dixit mihi ne fleris dignus est agnus qui occisus est accipe virtutem ⁊ fortitudinem. Alla.

Sed si virtus discretionis inspicitur: citius videtur: q: nimirū negociū quod ante conuersionē sine peccato extitit: hoc etiam post ɔuersionē repetere culpa nō fuit. Sūt enī pler aqȝ

negocia q̄ sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenꝰ possunt. Quod ergo ad pcẽz implicat. ad hoc necesse est vt post ꝯuersionē animꝰ nō recurrat. Dignus es dn̄e accipere libꝛū et apire signacula eius qm̄ occisus es et redemisti nos deus. In sanguine tuo: all'.

Fecisti eni nos deo nr̄o regū et sacerdotes. In sangui. Gloria patri In sangui. Dignus. Resurrexit. ℣ Opoꝛtebat pati xp̄m. Mittite in dextram nauigii rhete ꝛ inuenietis: alla. Dn̄s.

Deus qui nos resurrectiōis dn̄ice ānua solēnitate letificas ꝯcede ꝓpitiꝰ: vt p tp̄alia festa q̄ agimus peruenire ad gaudia eterna mereamur. p. ℣ Surrexit. Hec dies. Dextera dn̄i fecit virtutē dextera dn̄i exaltauit me. Alla / alla. Christꝰ resurgēs ex moꝛtuis iā non moꝛit' moꝛs illi vltra nō dn̄abitur. Vicime. Hoc iam tertio māifestauit se iesus postq̄ resurrexit a moꝛtuis all'. Magt. Deꝰ q̄ nos resurrec.

Deus q̄ nos p paschalia festa letificas concede propiciꝰ: vt ea q̄ deuote agimꝰ te adiuuante fideliter teneamus. Per dn̄m.

Oratio.

Tribue q̄s dn̄e vt illuc tendat chꝛistiane deuotionis affectꝰ quo tecū est nr̄a substantia iesus xp̄s filius tuus dn̄s noster. Qui tecū. ℣ Surrexit. Precedam vos. Dn̄e q̄s. Cōserua. Exaudi dn̄e. Resurrexit dominus.

Secundum Iohan.

In illo tēpoꝛe: Maria stabat ad monumētuz foris ploꝛās. Et reli.

Gregorii. Lectio i.

Maria Magdalene q̄ fuerat in ciuitate peccatrix amando veritatē: lauit lachꝛymis maculas criminis. ꝛ vox veritatis pletur: q̄ dr̄: dimissa sūt ei pc̄a multa: qm̄ dilexit multuz. Tu. De oꝛe prudentis procedit mel all'. dulcedo mellis est in lingua eiꝰ all'. Fauꝰ distillās labia eius alla. Sapiētia requiescit in coꝛde eiꝰ et prudētia

in sermone oris illi⁹. Fa
Aria q̄ prius frigida peccando remāserat: postmodū amando fortiter ardebat. Nam postq̄ venit ad monumentū: ibiq3 corp⁹ dn̄icū non inuenit: sublatuz credidit: atq3 discipulis nūciauit. Qui veniētes viderunt atq3 ita esse vt mulier dixerat crediderunt. Expurgate vetus fermentuz vt sitis noua cōspersio sicut estis azimi etenim pascha nostrum immolatus est christus itaq3. Epulemur in dn̄o all'a. Non in fermento malicie ⁊ nequicie sed in azimis sinceritatis ⁊ veritatis. Epulemur.
Xq̄rebat em̄ quē non inueniebat: flebat in quirendo: ⁊ amoris sui igne succensa/ eius quē ablatuz credidit ardebat desiderio. Unde contigit: vt eum sola tūc videret q̄ remansit vt q̄reret: q2 nimirū virtus boni operis pseuerantia est. Tanto tp̄e vobiscū sum ⁊ non cognouistis me Philippe q̄ videt me videt ⁊ patrem alleluya non credis q2 ego in patre ⁊ pr in me est alleluya all'. Domine ostende nobis patrem ⁊ sufficit nobis. Philippe. Gloria pri. Philippe. Tanto tēpore. Surrexit dn̄s vere all'a. Oportebat xp̄m. Maria stabat ad monumētū foris plorans vidit duos āgelos in albis sedentes ⁊ sudariū qd̄ fuerat sup caput iesu alleluia. Bn̄s.
Eus qui diuersitatē gentium in confessione tui nōis adunasti: da vt renatꝫ fōte baptismatꝫ vna sit fides mentium ⁊ pietas actionū. Per.
Iis subiectū est triūphale martyꝝ nomē. Qui per diuersa tormentorū genera Christi passionem nō lacessentibus precordiorū mentibus immitabātur. Hi sunt triūphatores et amici dei qui contēnentes scelerātorū iussa. Principū meruerunt coronārī et accipiunt palmas laborum. Tu autem domine.

O cōstantia martyrū laudabilis: o charitas inextinguibilis: o patientia inuincibilis q̄ licet inter pressuras persequentiū visa sit despicabilis. Inuenietur in laudem et gl̄iam et honorem in tpe retributionis. Nobis ergo petimus piis subueniant meritis honorificati à patre q̄ est in celis. Inuenietur in ... Sūa psl. Inuenietur ina ... O cōstantia martyꝝ.

... Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in manibus vestris et vos similes hominibus expectantibus dnm̄ suum qū reuertatur a nuptiis.

Quā dilecta.

In celis gaudent virgines et cantant canticum nouum ante dei thronū q: notum fecit dominus salutare suū.

Eructauit cor.

Omnes sancti qui ita passi sunt tormenta vt securi peruenirēt ad palmā martyrii.

Oēs gentes plaudite.

Iusti autē in perpetuū viuent. Et apud dominum est merces eorum.

Ipsis vero sacerdotibus atqz Doctoribus siue Cōfessoribus / hui' festiuitātem dici nō ignorādā esse credimus. Hi sunt qui corpa fidelium spūaliter q̄si hymnibus irrigāt celestibus: vt feliciter pferre immarcessibilem honorum opeꝝ possint fructū. ...

Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in mani

bus vestris. Et vos similes ho-
minibus expectantibus dnm
suum qn reuertatur a nuptiis.
Vigilate ergo qr nescitis
qua hora dns vester venturus
sit. Et vos similes.
Interrogatus dns no
ster a discipulis de cō
sumatiōe seculi/ inter mul
ta que locutus est: hoc quo-
qz dixit. Tunc simile esti-
mabitur Regnum celorū
decē virginibus: que acce
perunt lampades suas et
venerunt obuiam sponso.
Audiui vocem de celo ve
nientem venite omnes virgi-
nes sapientissime Oleum recō
dite in vasis vestris dum spon
sus aduenerit. Media no-
cte clamor factus est ecce spon
sus venit. Oleū re.
Hodie dilectissimi oīz
sctōrum sub vna fe-
stiuitatis leticia celebra-
mus festiuitatem. quorum
societate celū exultat: quo
rum patrociniis terra le-
tatur: quorum triumphis
Ecclesia scta coronatur:
quorum cōfessio/ quāto in
ɔfessiōe est fortior: tāto est
clarior in honore. Tu aūt.

Concede nobis dne quesu
mus veniam delictorum inter
cedentibus sanctis quorum ho
die solennia celebramus. Talē
nobis tribue deuotionē vt ad
eorum peruenire mereamur so
cietatem. Adiuuent nos eo
rum merita quos ppria impe
diunt scelera excuset intercessio
accusat quos actio: quia eis tri
buisti celestis palmā triumphi
nobis veniam nō deneges pec
cati. Talem nobis tribue.
Dns pfi. Talem nobis.
Cōcede nobis dne.
Te deum laudamus.
Letamini in dno et exultate.
Angeli:
Archangeli: Throni et Dnatio
nes Principatus et Potestates
virtutes celorum laudate dnm
de celis alleluia. Vos
amici mei estis si feceritis que
precipio vobis dicit dns.
Sanguis sanctorum martyrū
p Christo effusus est in terra
ideo adepti sunt munera sempi
terna. Sacerdotes dei
benedicite dno serui dni hym-
num dicite deo in eternū.
Tūc surrexerunt oēs virgines
ille et ornauerunt lāpades suas.


Ancti per fidez vicerūt regna: operati sunt iusticiam: adepti sunt repromissiões in xpo Jesu dño nostro.

Christe redẽptor oīm conserua tuos famulos: btē semp virginis placatus sanctis precibus.
... tã quoqz agmina celestiū spirituū: preterita presentia futura mala pellite.
... ates eterni iudicis apostoliqz dñi: suppliciter exposcimus saluari vestris precibus. ... artyres dei incliti cõfessoresqz lucidi: vestris Orationibus nos ferte in celestibus. ... horus sctãrum virginū Monachorumqz omniū: simul cum sctis omnibus cõsortes Christi facite. ... entẽ auferte: perfidã credentiū de finibus: vt Christo laudes debitas persoluamus alacriter. ... Ria patri ingenito eiusqz vnigenito vna cū sctõ spiritu in sempiterna secula. amen. Justorū anime in manu dei sunt. Et non tanget illos tormentū malicie.
Laudem dicite deo nostro omnes sancti eius ⁊ q̃ timetis deū pusilli ⁊ magni quoniam regnauit dominus noster omnipotens gaudeamus ⁊ exultemus et demus gloriam ei.
Bñdictus dñs deus.


Mnipotẽs sempiterne deus: qui nos omniū sctõrū tuorū merita sub vna tribuis celebritate venerari: quesumus: vt desideratã nobis tue ppiciationis abundãtiã/ multiplicatis intercessoribus largiaris. p dñz.
Sancti dei omnes qui estis cõsortes supernorum ciuium intercedite pro nobis. ℣
Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nr̃a oīmqz salute.
... Usti aūt in perpetuuz viuent/ ⁊ apd dñm est merces eoruz: ⁊ cogitatio illorum apud altissimū.
Letamini in domino et exulta.
...
Mniū sctõꝝ tuoꝝ q̃s dñe intercessiõe placatus:

& veniã delictorum nobis tribue: & Remedia sempiterna pcede. p dominũ nostrum.
¶ Omnes Sancti dei orantes intercedite p nobis.

Non esurient neqz sitient ampli': neqz cadet sup illos sol / neqz vllus estus.
Exultent iusti in cõspe.
Omnipotẽs sempiterne de': q in sctorum tuorũ cordib' flãmã tue dilectionis accẽdis: da mẽtib' nostris eãdẽ fidei charitatisqz vtutẽ: vt quorum gaudemus meritis / pficiam' exemplis. p dñz. ¶
Exultabunt sancti in gloria letabuntur in Cubilibus suis.

Edicabũt scti natiões / & dñabũt ppl'is: & regnabit dñs illorum i ppetuũ.
Iusti autem in perpetuum.
Iustorũ anime.
Clamãtes ad te deus dignãt exaudi: vt nos de profundo iniqtatis eripias: & intercedẽtib' oib' sctis tuis ad gaudia eterna pducas. p dñz. ¶
In cõsilio iustorũ & cõgregatiõe
magna opera dñi.
Confitebor tibi.
Preciosa in cõspectu dñi mors sanctorum eius.
Credidi propter.
Euntes ibant & flebãt mittentes semina sua.
In cõuertẽdo.
Iusti cõfitebuntur nomini tuo & hitabũt recti cũ vultu tuo.
Eripe me dñe.
In sanctis eius laudate eũ.
Laudate dominũ in sctis.

Beati eritis cum vos oderint homines & cum separauerint vos & exprobrauerint & eiecerint nomen vestrum tanq̃ malum propter filium Hominis gaudete & exultate ecce enim merces vestra multa est i celo.

Dñe sempiterne de' q nos.
¶

¶

rũ. Nota

Place bo domino.

Fidelíũ deus oĩz.
Dominus vobiscum.
Qui viuis et regnas cum deo patre. Dominus vobiscum. Requiescant in pace.

Regem cui omnia viuunt. Venite adoremus.

Domine labia mea aperies. Deus in adiutorium meum intende.

Dirige domine.

In illo tpe. Dixit Martha ad dominum Jesum.
Et ne nos.

Jube domne benedicere.
Tu autem domine.

Requiem eternam dona eis.

[V]Ril.t. Dixit Martha ad Jesum. Domine si fuisses hic: frater meus nō fuisset mortuus. Et reliq.

[Q]Uā moderatis vobis vtit: q̄ intēperāter dolet interitū fris. Nō eñ dixit Rogo vt suscites eū: sz tñ scio: qr q̄cunqz poposceris a deo: dabit tibi deus.

[C]Erta q̄dē sum qr potes: scio potentiā in te esse indeficiētē: sed si vis facis. Nō ergo p̄sumo petere vt facias: q̄ nescio si velis. dicit ei Jesus. Resurget frater tuus.

[D]Icit ei Martha. Scio qr resurget in Resurrectione in nouissimo die. Dñs q̄dē in p̄senti fratris Resurrectionē promittebat: sz Martha de ea Resurrectione/ q̄ oēs homines Resurrecturi sunt: eum dixisse putabat. Ad laudes non dicitur. Deus in adiutorium meum intende. Sine dicitur. Bñdictus dominus deus.

De pfundis. Fideliū deus. Deus in adiutoriū meum intende. Pater noster. Gloria patri ⁊ filio. Requiem eternā dona eis domine. Fideliū de⁹. Dominus vobiscum. Dominus vobiscum. Requiescant in pace.

¶ Ad primam. Deus in nomine tuo. Bti immaculati in. Retribue. Et non de. Quicūqz vult saluus. Qui lazarum resuscitasti e monumento fetidum. Exurge. Confiteor deo. Dominus vobiscum. Fidelium.

Preciosa. [illegible] Verba mea. [illegible]
¶ [illegible]
Legem pone. [illegible]
Memor esto. [illegible]
Bonitatem fecisti. [illegible]
Credo q redeptor. [illegible]
Fidelium. ¶ [illegible]
Defecit in salutare. [illegible]
Quomodo dilexi. [illegible]
Iniquos. [illegible]
Heu mihi domine. [illegible]
Fidelium. ¶ [illegible]
Mirabilia testimo. [illegible]
Clamaui in toto. [illegible]
Principes persecuti. [illegible]
Ne recorderis dñe. [illegible]
Fidelium deus omniu. [illegible]

[illegible] ¶ [illegible] Subuenite sancti dei. [illegible] Tibi domine commendamus, &c. [illegible]

¶ [illegible] In conspectu angelorum. [illegible] Benedictus. [illegible] Beati eritis. [illegible] Ops sem. [illegible] Jesu saluator seculi.

Super Dabo sanctis meis.

q̄ sequunt. Sācti mei qui i isto. In circuitu tuo dñe.

Cōcede nobis dñe.

Te deū.

Sci spūs.

¶ Uia dum creuit pugna: creuit ⁊ pugnantiū glīa: ⁊ martyrij triūphus / multiplici passionū genere adornatur.

el eñ ineffabilis ⁊ immensa bonitas / etiam hoc puidit: vt laborē q̄dē tpis ⁊ agonem non extēderet: nec longū faceret aut eternum / sed breue: ⁊ vt ita dicam momentaneum.

t in hac breui et exigua vita agones essent ⁊ labores: in illa xō q̄ eterna est: corone ⁊ p̄mia meritorū.

¶ Onsideremus ergo huius eterne vite incõtam felicitatē: in q̄tum possibile est ɔsiderare. Et eñ vere cōp̄hendere nullus sermo potest: vt dicta in quodam loco: q̄ auiuget ibi dolor tristicia ⁊ gemitus. Tu autē.

eid hac vita beati⁹: vbi nō est pauptatis met⁹: non egritudinis imbecillitas: nemo ledit: nemo irascit: nemo inuidet. cupiditas nulla honoris pulsat / aut potestatis ambitio.

ullus ibi diaboli met⁹: nec insidie demonū: nullus terror gehenne. Mors ibi neq3 cordis neq3 animetq3 immortalitatis ⁊ innumera iocunditas. Tu autem.

¶ I eñ quotidie opʒ nos tormēta pferre: si ipsam gehēnā paruo tpe tollerare: vt christū videre possimus in glīa venientē: ⁊ sctōꝝ ei⁹ nūero sociari.

onne erat dignum pati omne qđ triste est: vt tanti boni tantæq3 glīe participes haberemur.

ue erit fr̄es charissimi illa glīa: q̄ grādis sctōꝝ leticia: vbi quoq3 hominuʒ

facies fulget vt sol. Tu ãt.

Hodiernus dies fr̃es charissimi/ i magno sacramẽto ppetue felicitatis est nobis. Dies em̃ iste eternã btitudinẽ significare videtur. Tu ãt.

Non tñ sicut dies iste trãsitur⁹ ẽ: sic trãsitura est vita: quã dies ista significat Jesu Christi: p quẽ nobis pctã sunt dimissa: voluitq3 pciũ nr̃m esse sanguinez suum. Tu autem.

Qui nos indignos (ne serui diceremur) fr̃es facere dignat⁹ est. Per illum nos obsecram⁹: vt oĩs intẽtio vr̃a (q2 christiani estis: 7 nomẽ Christi in frõte 7 corde portatis) dirigat. Tu aũt.

¶

¶

¶

Beati estis.

Omnipotens sempiterne deus.

Post pdicationes felicissime supradicte paupertatis: addidit dñs dicens bti q̃ lugẽt: qm̃ ipsi cõsolabũtur. Tu aũt.

Luctus hic dilectissimi/ cui cõsolatio eterna pmitti: nõ est cũ hui⁹ mũdi affectiõe cõmunis. Nec eni3 btm̃ quemq̃ faciũt ista lamẽta: q̃ toti⁹ humani gñis deploratione terre fundun tur. Tu autem dñe.

Alia rõne est sctõꝝ gemitus: alia btõꝝ causa lachrymaruz. Religiosa tristicie. Aut alienum pctm̃ luget: aut ꝓpriũ. Tu ãt.

Terra ergo ꝓmissa mitibus/ 7 in possessionẽ dãda mãsuetis/ caro sctõꝝ est: q̃ ob hũilitatis meritũ: felici resurrectiõe mutabit: 7 immortalitati gl'ia vestiet.

In nullo cũ spũ iã futura ɔtraria: 7 cũ volũtate animi pfecta/ vnitati habitura consensum. Tu ãt.

Tũc em̃ exterior homo interiori hominis erit quieta 7 intemerata possessio. Tũc mẽs viuẽdo deo intẽta: nullis corporee infirmi

tatis impedietur obstaculis.

¶ [illegible]

In consilio. [illegible]

Omnipotens sempiterne deus.

Qui sanctorum merita religiosa charitate miratur: quod iustorum glorias frequenti laude colloquitur: eorum mores sanctos / atque iusticiam imitetur. Tu autem.

Unde quem delectat sancti alicuius meritum delectare debet par circa cultum dei obsequium. Quare igitur / imitari debet si laudat: aut laudare non debet: si imitari detractat. Tu autem.

Et qui alium laudat: laudabilis reddatur: et qui sanctorum merita admiratur: mirabilis et ipse vite sanctitate reddatur. Tu autem domine.

Nam propterea iustos fidelesque diligimus: quia in ipsis iusticiam fidemque suscipimus. Nos quoque esse quod sunt: si facimus ipsi quod fecerunt.

Nec enim difficile nobis est: quod ab ipsis geritur imitari: cum sine precedenti exemplo / antiqui talia gesta conspicimus. Tu autem domine.

Sin non ipsi aliorum emuli redderentur: si emulande virtutis se ipsos nobis prebuerunt exemplum: ut dum nos ex ipsis / et ex nobis alii proficiunt: sic christus in suis et in ecclesiis sanctam semper laudetur.

[illegible]

M il. t. Videns Jesus turbas / ascendit in montem: et cum sedisset / accesserunt ad eum discipuli eius: et apiens os suum / docebat eos. Et reliqua. Omelia venerabilis bede presbyteri.

Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat. Beati pauperes: quia ipsorum est regnum dei.

Et si generaliter omnibus loquitur: specialius tamen oculos saluator in discipulos leuat: ut his qui verbum intenta cordis aure percipiunt: latius saporis intima lumine apiat.

Cui simile est: quod mattheus ait. Et cum sedisset / accesserunt ad eum discipuli eius: et apiens os suum docebat eos dicens. beati pauperes spiritu.

Nam q̄b9 os in monte sedens apit: vt magna sublimiter audiāt: in eos oc'los stans in cāpo dirigit: vt audita paīter intelligāt. Tu aūt.

¶

Presta qm̄s ops de9: vt q̄ gl'iosos martyres tuos Seuerinū ⁊ Seuerianū Carpophorum atq3 Victorē fortes in sua confessione cognouim9: pios apd te/ in nostra itcessione sentiamus. Per dn̄m.

¶



Omnipotēs sempiterne deus: q̄ hūc diē nobis celeberrimū contulisti: p̄sta qm̄s: vt q̄ hodierna die in imagine xp̄i filij tui/ passionē ei9 fidel'r recolim9: ab infestātis inimici iaculis tuo numine tueamur. p eū.

¶

in ciuitate Berітho : tpe Constantini Iunioris et Irine vxoris eius.

Dilectissimi scte Ecclesie filii/aures simul cordis ꝛ corpis erigite:ad magna vehemēterq̄ stupenda:que in nr̄a etate sunt ostēsa miracula. Cernite q̄so vna mecū/ om̄ipotentis dei sublime dispensatiōis mysteriū:q̄liter naufragāti mūdo subuenire dignatus est p mortē vnigeniti filij sui dn̄i nostri Iesu xp̄i. Cōsiderate charissimi inestimabiles ei⁹ bonitatis gazas : q̄s ab exordio mūdi/humano gn̄i semp benigniter distribuere cōsueuit. Tu autem.

Contemplamini ipsi⁹ inenarrabilē diuinitatis pietatem:quā in singulis gn̄ationibus ꝛ etatib⁹ agnoscimus resplēduisse super luce clariorem. Attendite ꝛ videte cūcti/ q̄ membra vos esse fatemini ecclie:ea q̄ nr̄is tpib⁹ admiranda nimis signa/ꝛ penē om̄i sclo inaudita/sūt patrata. Singultus pferte:ꝛ amaras lachrymas pducite:sup tale facinus a sacrilegis iudeis cōmissum. Tu aūt.

Sicut eñ olim in passiōe filij dei/celū ptigit expauisse:diei quoq̄ cecā imaginem reddidisse:sole suos delectabiles ꝛ splendidissimos radios subtrahente: terremotū etiā suo horrendo sonitu abyssi fundamēta ita vehementer exteruisse:vt ꝛ mortuos/quos infernus p plura tpa captiuos tenuerat:vite redditos libertati reformaret: ita ꝛ nr̄o euo eadem signa (deo pstāte)sunt rursuз pariter innouata. Deo quippe viuo ꝛ xp̄o nihil est impossibile : sed nec aliquid difficile. Tu autem.

Est aūt huiuscemodi/series narratiōis nr̄e. Quedā ciuitas est in Syria/infra terminos Tyri ꝛ Sidonis posita:Antiochie subdita/Berith⁹ vocata. In hac vrbe multitudo maxima hebreoꝝ psistebat:quā uis eodē tpe dignitatē metropolicā obtineret. Iuxta synagogā xp̄o coꝝ/ q̄ am

plior habebat: quidā christicola suscepit a quodam ad habitādū cellulā: reddē do ex ea pensionem.

ic aūt christicola Iconā habebat honestissime figuratā: que domini salua toris formā integrā ptinebat. Quā interiori cellule loco/ ptra sui lectuli faciē fixit in parietē: die noctuqꝫ p eā dn̄m erorās. Euoluto itaqꝫ aliq̄nto tpis spacio: requisiuit in supiori parte ciuitatis spaciosam domū ad manendum: qm̄ hoc ei sueqꝫ familiole q̄ maxime congruebat. Et repta domo: trāstulit se illuc/ cū vniuersis qui ad se ptinere videbant: solā tm̄ Iconam Saluatoris ibi p obliuionem reliqt. Tu āt.

ei aūt nutu id agebat: q̄ vult omnes homines saluos fieri: & ad agnitionem vitatis venire. Eius enim certissime huius mysterij clementissima dispensatio erat. Hebreus vo q̄dā eandem postmodū cellulā ad habitādū suscepit. Ingressusqꝫ cum suis/ incepit ī ea simpliciter consistere: minime pspiciens locū illū: qui ciāculo nr̄i saluatoris retentabat imaginē.

actum est autē in vna dierū: vt idē Judeus quēdā de contribulibus suis vocaret ad prandium. Et epulantibus illis. erectis luminibus/ is qui accersitus conuiua discumbebat: prospexit interius Iconā Jesu Christi/ parieti conexā. Tunc frendens denti bus/ toruoqꝫ aspectu eum q̄ se inuitauerat intuens: ita affat. Tu inqt Judeus cū sis: cur Jesu Nazareni figurā apd̄ te tenēs abscōditam? Conuitia quoqꝫ et opprobria tanta aduersus Dominum emisit Saluatorem: q̄lia nec aures valent ferre fideliū: nec nos scripture tradere p̄sumimus: propter nostri saluatoris honorē. Tu āt.

lle igit q̄ aliū inuitauerat: cū minime adhuc p̄dictā imaginē pspexisset. iuramētis quotquot poterat/ asseuerabat: illā imaginē vsqꝫ tūc minime se vidisse.

Cui alius sacrilegus nullatenus credens/ amiciciam simulans valefecit. Qui ꝓtinus gentis sue principis domū petens: iudeū qui se inuitauerat: ꝙ xp̄z coleret: acerrime accusauit. Cōuocatis aūt iudeis/ ⁊ in synagoga ex more ꝯgregatis: princeps ex officio vocationis causam ꝓposuit. Acceptaqꝫ relatiōe ei⁹ q̄ aliū accusauerat; oēs iracūdia diabolicoqꝫ furore repleti/ iudeū apd̄ quem sacra latebat imago iudicio dānāt: magniqꝫ supplicij reū cūcti ꝓclamāt. Tu āt. [illegible]

[illegible]uo accersito: statim in faciem eius omnes prosiliunt: ⁊ contumelijs opprobrijsqꝫ maximis ipsum afficiunt: atqꝫ semiuiuū extra synagogā impulsum ꝓijciūt. Imaginem vero sacrā irreuerenter accipientes ⁊ tractantes/ pedib⁹ ipsam conculcarunt: atqꝫ omnia dominice passionis opprobria in ea renouarūt. Cūqꝫ lancea lat⁹ eius pforassent: tam multus Sanguinis ⁊ aq̄ ex eo liquor effluxit: vt vasis ꝙ plurimis ex eo repletis: in modum riuuli extra synagogam ꝓflueret. Quo liniti diuersis languorib⁹ detenti/ sanitatez illico receperūt. Iudei aūt tam magnū cernentes miraculum: ad cor reducti/ penitentiāqꝫ agentes/ ep̄m ciuitatis adeunt: ⁊ illō crimen pessimum confitētes/ sacrum baptisma ⁊ fidem catholicā vnanimiter susceperunt. Tu autez domine.

¶ [illegible]

¶ [illegible]

Deus qui nos Beati Theodori martyris tui confessiōe gloriosa circundas ⁊ protegis: presta nobis ex eius imitatiōe ꝓficere: ⁊ oratione fulciri. P dominum nr̄m iesum xp̄z.

Amauit eum dñs ⁊ ornauit eũ stola glie induit eũ ⁊ ad portas Paradysi coronauit eum.

Iste cognouit iusticiã domini ⁊ vidit mirabilia magna ⁊ exorauit altissimũ ⁊ inuentus est in numero sctõrum.

Confessor dñi Martine astantem plebẽ corrobora sancta intercessiõe vt qui vitiorum põdere premimur beatitudinis tue gloria subleuemur ⁊ te duce eterna premia consequamur.

O sacrum virũ decus sacerdotum cuius anima felix vernat in glia vnde letantur pphete / decorantur Martyres / virginum turba resultat quem chorus angelorum inuitat dicens mane nobiscum in secula.

O martine o pie q̃ȝ piũ est gaudere de te o Martine: pphetis cõpar aplis cõsertus presulum: gẽma fide ⁊ meritis egregie pietate misericordia charitate ineffabilis succurre nobis nunc et ante Deum.

Ecce sacerdos magn⁹.

Martinus abrae.

Iste ꝯfessor domini sa.

Iustum deduxit.

Martinus abrae sinu letus excipitur Martinus hic pauper et modicus celum diues ingreditur hymnis Celestibus honoratur.

Deus qui ꝯspicis/ quia ex nulla nostra virtute cõfidim⁹: ꝓcede ꝓpicius: vt intercessione bti Martini ꝯfessoris tui atqȝ pontificis: contra omnia aduersa muniamur. p dñz.

Martin⁹ ecce migrat hic pauper celo diues quem sanctorũ cõcentus christo psallens ducit. Nos celestibus hymnis laudemus in hunc deum.

Iesu redẽptor. In .j. noc. ã. Sanctus Martinus obitum suum longe ante presciuit qui ⁊ discipulos in vnum congregauit atqȝ sui dissolutionem imminere predixit.

Vtūs vir q̄ non.
Cum repente viribus corporis cepit destitui tūc meror ꝛ luct⁹ omniū vox planzentiū vnaqꝫ ꝓcātiū ne pastor oues deseras.
Quare fre.
Scimus quidem te pater desiderare Christum sed salua sunt tibi premia tua nri potius miserere quos deseris.
Dn̄e quid multi.
Voce mea ad dn̄m.

Hic Martin⁹ sabarie pānoniorum oppido oriūdus fuit: ſꝫ intra italiā ticini alit⁹ est. Parētibus fcd̄m scl̄i dignitatē non infimis: gētilib⁹ tn̄. Tu aūt.
Hic est Martinus electus dei pōtifex cui deus post aplos tantam grām cōferre dignatus est. Ut in virtute trinitatis deifice mereretur fieri triū mortuorum suscitator magnificus.
Sancte trinitatis fidem Martinus cōfessus est. Ut.

Pater ei⁹ miles p̄mū: post tribun⁹ militū fuit. Ipse armatā militiaꝫ in adolescētia secut⁹: inter sclares aulas sub Rege Constātino / deinde sub Juliano cesare militauit.

Dum sacramenta offerret beatus Martinus. Globus igneus apparuit super Caput eius. Ita vt in sublime contendens longam ad modum crinis flammam perduceret.
Globus igneus apparuit.

Non tn̄ sponte: qꝛ a p̄mis fere ānis ad diuinā potius seruitutez sacra illustris pueri / aspirauit infantia. Nā cū esset ānorū decē: inuitis parētibus ad ecclīam confugit: seqꝫ cathecuminuꝫ fieri postulauit. Tu autem Domine.
Beatus Martinus obitū suū longe ante presciuit dixitqꝫ fratribus, dissolutionem sui corporis imminere. Quia indicabat se iam dissolui.
Dixerūt discipuli ad beatū Martinum: cur nos pat̄ deseris aut cui nos desolatos relinquis. Quia.
Gloria patri. Quia in.
Domine iam satis est ꝙ hucusqꝫ certaui sed quo ad ipse iusseris militabo ac si parcis etati bonum est mihi hos q̄b⁹ timeo ipe custodias.
Cū inuocarē.
Artus febre fatiscentes spiritui seruire cogebat stratuꝫ suo il-

lo nobili cilicio recubans nec terram videre iam dignat⁹ est celo totus inhiabat.

Uerba mea.

Sinite me inquit celū videre vt spiritus dirigatur ad dñm nihil in me reperiet inimic⁹ sed sinus abrae suscipiet me.

Dñe dñs nr.

Justum deduxit dñs.

Mox mir in modū totus in dei ope cōuersus/ cū esset anoꝝ duodecim: heremū ꝯcupiuit: fecissetq3 votis satis: si etatis infirmitas nō obstitisset. ei⁹ tñ anim⁹ aut circa monasteria/aut circa ecclesiā sctā3 semꝑ intētus/ meditabat adhuc in etate puerili: qđ postea deuotus impleuit. Tu autem dñe.

Dixerūt discipuli ad beatū martinū cur nos pater deseris aut cui nos desolatos relinqs. Inuadent enim gregem tuum lupi rapaces. Scimus quidem desiderare te christū nostri potius miserere quos deseris. Inuadent enim gregē.

Quodā itaq3 tpe: cum iā nihil ꝑter arma ⁊ simplicē militie vestē haberet: media hyeme/ q̄ solito asperior inhorruerat: adeo vt plerosq3 vis algoris extingueret: obuiā habuit in porta Ambianēsiū ciuitatis paupem nudū. Tu aūt.

Dñe si adhuc populo tuo sum necessarius nō recuso subire ꝓpter eos laborem. Fiat voluntas tua. Dñe si adhuc in presenti ꝓ castris tuorum stare me precipis nō recuso nec fatiscentem causabor etatem. Fiat voluntas tua.

Qui cū ꝑtereuntes vt sui misererent orarēt: oēsq3 miserū ꝑterirent: intellexit vir dō plen⁹/ sibi illū (aliis miam non ꝑstātib⁹) reseruari. Quid tñ ageret: q̄ nihil ꝑter clamidem q̄ indut⁹ erat habebat. Jā cū reliq̄ / in opus simile consumpserat. Tu autem.

O beatum virum Martinum antistitem. Qui nec mori timuit nec viuere recusauit. Beatus Martinus obitū suū longe ante presciuit dixitq3 fratribus dissolutionem sui corporis imminere. Qui nec.

Gloria patri. Qui nec mo.

Media nocte

dominica sanctus discesserat: cum in eius transitu multi au= dierāt voces in sublime ipse vi tro purior lacte candidior car / ne quoqȝ monstratus est gem ma sacerdotum.

In dño ɔfido.

Adest multitudo monachorū ac virginum q̄ speciali gloria precipue flebant cum sentirent magis esse gaudendum si rōneȝ vis doloris admitteret.

Dñe qs habita.

Exequie Martini non dicant funeris sed triumphi greges suos q̄ ductu eius mundum vi cerant agebat ante se pastor ex tinctus qui corpꝰ ad sepulchrū seq̄ntes psallebāt ꝛ flebant.

Dñe in virtute.

Amauit eum dominus. A. vij

Arrepto itaqȝ ferro quo accinctus erat: mediā diuidit : partemqꝫ eiꝰ paupi tribuit: reliq̄ rur sus induit. Interea de circū= stātibꝰ risere nonnulli: q2 deformis esset: ꝛ trūcatꝰ ha bitu videret. Multi q̄dem qbꝰ erat mens sanior: altiꝰ gemuere: q2 nihil simile fe= cissent: cū vtiqꝫ plꝰ hñtes / vestire paupem sine sua nu ditate potuissent. Eu aūt.

Oculis ac manibus in ce= lum semper intentus. Inuictū ab oratione spm̄ nō relaxabat.

O virum ineffabilem nec labore victum nec morte vin / cendum. Inuictum.

Octe igit̃ isecuta: cū se sopori dedisset vi= dit christū clamidis sue (q̄ paupem texerat) pte vesti= tū. Intueri diligentissime dñm: vesteqꝫ quā dederat: iubet̃ agnoscere. Mox ad angelorꝫ circūstātiū multi tudinem / audiuit Jesum clara voce dicentē. Marti nus adhuc cathecuminꝰ / hac me veste ɔtexit. Eu āt.

O quantus erat luctꝰ oim quanta precipue merentium la menta monachorum. Quis et pium est gaudere Martino et pium est flere Martinum.

Beati viri corpus vsqȝ ad lo cum sepulchri hymnis canora celestis turba pseq̄t̃.

Archadio xp̄o ꝛ Hono rio Impatoribꝰ: scs Martinus thuronorꝫ eps̄ plenꝰ virtutibꝰ ꝛ scitate: p̄bēs infirmis multa bñfi= cia: septuagesimo p̄mo eta

tis sue anno: epatus aūt vi cesimosexto: apd cōdatensem diocesis sue vicū excedens a sclo/ feliciter migrauit ad christū. Tu aūt. Martinus abrae sinu letus excipitur. Martinus hic pauper et modicus celuz diues ingreditur hymnis celestibus honorat. Martin9 episcopus migrāuit a sclo viuit in christo gemma sacerdotum. Martin9. Gloria. Martinus. Canticum. Te dum. Vocem mea. Diterūt discipuli ad btm Martinuz cur nos pater deseris aut cui nos desolatos relinqs inuadent eni gregem tuum lupi rapaces. Dñe si adhuc pplo tuo sum necessarius nō recuso laborē fiat volūtatas tua. O virū ineffabilem nec labore victū nec morte vincendum q nec mori timuit nec viuere recusauit. Oculis ac manibus in celū semper intentus inuictum ab oratione spiritū nō relaxabat alla all. Ora p nobis beate Martine vt digni efficiamur pmissiōib9 xpi. Ecce vir prudens. Iste ofessor dñi sacrat9.

Posui adiutoriū. O quantus erat luctus omniū quanta precipue merentium lamenta monachorū et virginū chori qr et piū est gaudere martino et piū est flere Martinuz. Bñs dñs. Diterūt discipuli. Ora p nob. O btm vir cui9 anima paradysuz possidet vnde exultant angeli letant archangeli chorus sanctoꝝ pclamat turba virginum inuitat mane nobiscum in eternum. Deus q ɔspi. Martinus abrae Deus qui conspicis. Martinus ecce migrat.

Jesu redēptor omniū. ¶ Martinus adhuc cathecuminus hac me veste contexit. Btūs vir. Sancte trinitatis fidem martinus confessus est ad beatissimā gloriam peruenit. Quare fremuerunt. Ego signo crucis non clypeo ptectus aut galea hostiū cuneos penetrabo securus. Domine quid multipli. Voce mea. Martinus igit obitū suū lōge āte pscivit: dixitqꝫ frīb⁹ dissolutionem sui corpis imminere. Interea causa extitit: q cōdatensem ecclesiam visitaret. sicut in|o ie...tō ...am clericis inter se ecclesie illi⁹ discordātib⁹: pacē cupiēs reformare: licet finē dierꝫ suoꝝ non ignoraret: pficisci tñ ob istiusmodi causam non recusauit. Bonā hāc virtutū suaꝝ cōsummationem existimās/ si pacem ecclesie redditaꝫ reliquisset. Tu aūt. ...taqꝫ pfect⁹ cū suo illo freqntissimo discipulorum sctissimoqꝫ comitatu: mergos in flumine cōspicatꝰ piscīū pdā sequi: et rapacem ingluuiē assiduis vrgere capturis. Tu āt. Cōfido in domino qꝫ filia mea pcib⁹ tuis reddita sit sanitati. Cū inuoca. Tetbradi⁹ cognita dei virtute ad baptismi grām puenit. Verba mea. Dñs iesus xps non se inqt purpuratū ne diademate renitentē venturum esse predixit. Dñe dñs noster. Justum deduxit. Forma inquit hec demonū est. Insidiantꝰ incautis: capiūt nesciētes: captos deuorāt: et saturari non queūt deuoratis. Impat deinde potēti virtute vboꝝ: vt eū cui innatabāt gurgitē relinqntes/ aridas peterent desertasqꝫ Regiones. Eo nimirꝫ circa aues illas vsus imperio: quo demōes fugare consueuerat. Tu autem dñe. Ita grege facto: oēs in vnū ille volucres ꝯgregate: relicto flumine / mōtes siluasqꝫ petierūt: nō sine ad

mirattione multoꝝ/ q̄ tan-
tam in martino virtutē vi-
derāt: vt etiā auib⁹ impa-
ret. Tu aūt.
O ineffabilē viꝝ p quē nobis
tanta miracula coruscant.
In dño confido.
Sacerdos dei Martine pastor
egregie ora ꝑ nobis deum.
Domine in virtute.
Sacerdos Dei martine aperti
sūt tibi celi ⁊ regnū pris mei.
Domini est terra.
Amauit eum.
Dixerūt
discipuli.
Ecce vir prudēs.
Iste confessor domini.
Posui adiutoriū
Martin⁹ eps migrauit a sclo
viuit in xpo gēma sacerdotū.
Deus q̄ conspicis.
Ora ꝑ nobis.
O btm̄ pontificem q̄
totis visceribus diligebat xpm
regē ⁊ non formidabat imperii
principatū o martine dulcedo
medicamentū ⁊ medice o scīssi
me aīa quā ⁊ si gladius pcusso
ris nō abstulit palmā tñ marty
rii non amisit. Magt.
Deus qui cōspicis.
¶
Regem confessoꝝ dñz.
Venite adoremus.
Sctūs marti-
nus.
Hic est martinus.
Te deum.
Dixerunt.
O quātus erat
luctus.
Ora pro nobis.
O btm̄ pon
tificem. O btm̄ viꝝ cui⁹.
Deus qui conspicis.
¶
Beatus seuerin⁹ Colo
niensis eps/ vir hone
ste vite/ ⁊ p cūcta laudabi
lis: dū die dñico loca sctā
ex ↄsuetudine/ post matu-
tinos cū suis clericis cir-
cuiret: illa hora q̄ vir btūs
obiit: chorū canentium in

sublime audiuit.

[V]ocatoq3 archidiacono interrogat/ si aures ei9 p̄cuterēt voces: q̄s ille attē ti9 audiret. q̄ r̄ndit: neq̄q̄. tūc ille diligēter inquit ausculta. archidiaconus aūt cepit sursum collū extēdere: aures erigere: ⁊ sup̄ summos articulos baculo se sustentare. Tu aūt.

[V]oces psallentium tanq̄ in celo audio: sz q̄d sit/ p̄sus ignoro. cui ille. ego tibi q̄d sit narrabo. dn̄s me9 martin9 ep̄s/ migrauit ex hoc mūdo: ⁊ nūc angeli canendo cū deferūt in excelsum. ¶ [illegible]

[C]Um nāq3 tp̄e: btūs ambrosius/ cuius hodie flores eloquij p̄ totā ecclesiam redolēt: mediolanensi ciuitati p̄erat ep̄s. factū est aūt: vt illa die dn̄ica/ p̄phetica lctōne iā lecta: ātē altare stāte/ q̄ lcōnem bti pauli p̄ferret: btīssim9 antistes ambrosius sup̄ scm̄ altare obdormiret

[Q]d videntes multi: cum nullus eū penitus excitare presumeret: trāsactis fere duar̄ aut triuz horar̄ spacijs/ excitauerūt eū dicentes. Jam hora preterijt: iubeat dn̄s lectorem lcōnem legere. Tu autem.

[E]xpectat eīn pp̄ls valde iā lassus. r̄ndens aūt btūs ambrosi9: nolite inq̄t turbari. multū eīn valet mihi sic obdormisse: cui tale miraculū dn̄s ōndere dignatus est. Nā noueritis: fratrem meū martinum sacerdotē/ egressum de corpore fuisse: me aūt ei9 funeri obsequiū p̄buisse. Tu autez.

¶ [illegible]

¶ [illegible]

¶ [illegible]

¶ [illegible]

Artinus aliq̃diu in vico illo vel in eccl'ia ad quã ierat cõmorat⁹: pace inter clericos restituta: cũ iam regredi ad monasteriũ cogitaret: viribus corpis cepit repente destitui. Cõuocatisq̃ discip'lis: indicat se iã resolui.

Tunc Xe meror ⁊ luctus oim: vox vna plãgentium. Cur nos pat' deseris: aut cui nos desolatos relinq̃s? inuadent eñ gregem tuũ lupi rapaces. Tu aũt.

Scimus q̃dez desiderare te xp̃m: sed salua sunt tibi tua premia: nec dilata minuent: nr̃i poti⁹ miserere/ quos deseris. Tũc ille motus his fletib⁹: vt totus sp̄ in dño mie visceribus afflue bat: lachrymasse phibet. Tu autem dñe.

Conuersusq̃ ad dñz/ hac tm̃ flentib⁹ voce respõdit. Dñe si adhuc ppl'o tuo suz necessarius: non recuso laborẽ: fiat volũtas tua.

Itaq̃ cũ iam p aliquot dies febrib⁹ teneret: nõ tñ a dei ope cessabat. p noctẽ in orõnib⁹ ⁊ vigilijs fatiscentes artus sp̃ui seruire cogebat: nobili illo stratu suo in cinere ⁊ cilicio recubans. Tu autem.

Et cũ a discipulis rogaretur: vt saltẽ villia sibi sineret stramenta supponi: nõ decet inq̃t filiũ/ xp̃ianũ nisi in cinere mori. ego si aliud vobis exemplũ relinq̃ro: ip̄e peccaui. Tu autem.

Oculis atq̃ manib⁹ in celũ semp intent⁹/ inuictum ab orõne sp̃m non relaxabat. Et cũ a pb̄ris q̃ tũc ad eũ ꝯfluxerãt rogaretur: vt corpusculum lateris mutatione releuaret: sinite me inq̃t fr̃es celũ videre poti⁹ q̃ terrã: vt suo iam itinere iturus ad dñm/ sp̃us dirigat. Tu autem.

Hec locut⁹ diabolũ: videt ppe assistere. q̃d inq̃t hic astas cruenta bestia? nihil in me funestũ repies: abrae me sin⁹ recipiet. Cũ hac ergo voce flagitatũ diuinis opibus sp̃m celo reddidit. Tu autem dñe.

Testatiq̃ nobis sunt/ qui affuerũt: iã exanimi corpis glificati hominis se vidisse

gloriā. Uultus luce clarior
i enitebat: cū mēbra cetera
nec tenuis q̄dā fuscaret ma
cula. Ora p̄ nob.

Tuo p̄ corda fidelium
deus miserator illu-
stra: et btē helisabeth p̄cib⁹
gl'iosis: fac nos p̄spa mun
di despicere/ et celesti semp̄
p̄solatione gaudere p̄ dn̄z.

Beata helisabeth filia
Regis Ungarie / in
palatio et in purpura nobi
liter educata: imbutaq; fi-
de catholica: dū adhuc te-
nellā teneret etatis infan-
tiā: molles art⁹ duriori iu-
go discipline p̄mebat: et ru
des sensus sub ferula exor
te rōnis informās / in eter-
ni Regis obsequiū / suū di
rigebat affectū: p̄ut impo
tētia poterat puerilis. Ip-
sa quidē q̄si sue p̄ncipia sci
tatis/ pr iuis limites de p̄
fectionem etatis ingressa
primos infantie flosculos
argumento bone Indolis
decorabat. Nam et incōpo
sitos etatis incessus / illo
grauitatis ordine compo-
nebat: ut felicia eius initia
future sanctitatis certa in
ditia censerent. Tu aut.

Frequenter etiā int coeuas
puellas occupationib⁹ lo-
cosis intēta/ earū plortium
gressib⁹ furtiuis euitans /
ad eccl'iam p̄pabat: Ibiq;
oscula deuotissima parie-
tib⁹ imprimēs/ xp̄i laudes
(q̄s impie lingue denega
bat os m̄) mēbrorū nutibus
p̄ etatis modulo p̄solue-
bat. Paupib⁹ insup̄ ante
ianuā dom⁹ Regie cōgre-
gatis / aliq̄d charitatis ex
enniū pluries impēdebat.
Quatin⁹ accipiētes ex de
bito munere obligaret: ut
p̄ se dominum suppliciter
exorarent. Tu autem.

Puerilib⁹ igit annis i dei
timore trāsactis: nubilis tā
dem effecta: non libidinis
causa/ sz ut parentib⁹ de-
bitā obedientiam p̄staret:
lantgrauio Thuringie du
ci in p̄iugem est copulata.

Hunc sicut Sara Abraaz dn̄m vocauit: et deuota mē te sicut decuit in oīb⁹ obe diuit. Que etsi eaz q̄ sui vi ri erāt pudicitia seruata cu raret: non minus q̄ dei sūt sedula sequebat: de marie prudentia/ et marthe solli citudine non recedēs. Mo cturno nāq3 tpe/ plumaꝝ spreta molitie: viri fugie bat amplex⁹: orōnib⁹ et ge nuflectiōībus occupanda. Sicq3 dū esset vir in accu bitu suo: nardus ei⁹ dabat suauitatis scītatisq3 odo rem. Tu autem dn̄e. Lectio.

Diebus q̄dē singulis pie tatis officio dedita/ licet exterius induta regalib⁹ esset: ne terreni viri oculos offendere videret: interi⁹ tn̄ sub cilicii tegmine/ ce lestem spōsum gerebat ab sconditū. Viduis etiā/ pu pillis/ egrotis carceꝝ iclu sis ergastulis/ et egentib⁹ singulis/ singularia subuē tionis remedia ministra bat. Cuiusdā insup paupe ris graui capitis languore correpti/ q̄si filiū curā ge rebat. Nam et capillos ei⁹ manu tondebat propria: et caput freq̄nter in pomerii secreto lauabat: ita vt āncil laꝝ fugeret oculos. Lectio.

Quadā aūt die: dum ma trona q̄dā nobilis ad ipā3 visitandū (iuuene quodam aspectu decoro/ nimisq3 se culariter īduto comite) ad uenisset: iuuenem ipm btā helisabeth monuit/ de fa stu scl'i ɔtemnēdo. Cui iu uenis sic r̄ndit. Obsecro dn̄a ora ꝑ me. At illa. Si vis q̄ ꝑ te orem: vade tu: et fac sil'r. Et dū alternatim diuisi pariter in tēplo dn̄3 exorarēt: iuuenis tāte orō nis nō ferens incendiū: nec tante deuotiōis feruorem: magnis cepit clamorib⁹ ex orare: vt illa penit⁹ ab orō ne cessaret: alioq̄n ille hu iusmodi orōnis igne deua status/ q̄ totius spm̄ exa laret. Cessante aūt btā he lisabeth ab orōne: iuuenis ille ad ordinē minoꝝ se trā stulit: ne orōnis scīe feruor in se refrigesceret. Ut lau dabiliter viuens/ p̄cib⁹ btē helisabeth/ in bonis vitā3 finiuit. Tu autem. Lectio. vi.

[H]anc siquidem felix pa pa gregorius nonus suscepit i filiā: ꝑterit deuotā: cui⁹ scte̅ inchoatiōis ꝓpositu̅ vsq3 in felicem exitum multa sollicitudine ꝓsecutus. Cui⁹ sitibūdam aiam/ vbi celesti potauit irriguo ꝛ euangelica eruditiōe refecit. Cu̅ aūt tēpore quodam grauis vrgeret inedia: fidelis ꝛ prouida dispensatrix/ sup afflictis pia gerēs viscera: captata viri absentia: dom⁹ sue frumenta affluenter egenis erogabat in terris: vt a x̄po (cuius amore illa elargiebatur) ditaretur in celis.

[I]amq3 a viri lege soluta: depositis glie secularis ornamentis/ qb⁹ iterdu̅ exteri⁹ ꝓ conformitate seculariu̅ vtebat: ne mens vultui religionis ascripta/ puluere mundano sordesceret: vilis tunice decore vestit. Ac diuitiaru̅ contempta iactantia: ꝛ generositate parētu̅: nobilissimis orta natalib⁹/ se mundo fecit ignobilē: vt nobilitaret in celis: ꝓ corona suscipiens cinere3: ꝛ ciliciu̅ ꝓ fascia pectorali. Pallebāt ora ieiunijs/ abstinentie tenuitate confecta: ꝛ iā mrȳrem adhuc viuentē caro testabat ꝑmortua. Hec dū die q̄dā/ defixis i celū oculis/ cōtēplatiōi vacaret: vt quasi de hūane conuersatiōis consortio videret abstracta: dei filiū dulcē iesu3 ad se inclinatū (celis patentib⁹) vidit: iter alia sibi consolatiōis lenimēta dicentē. Si tu vis mecū esse: ego ero tecū: ꝛ a te nullatenus separaber.

[I]llic sumptib⁹ ꝓpriis nobile hospitale construxit: ampla possessiōe dotatū: ꝛ sua pciosa monilia/ grādemq3 pecunie q̄titatem eide3 loco liberaliter est elargita. In quo insup receptā pauperū multitudine3 corpali visitabat obsequio: affluenter eis necessaria subministrans: pedes eorū icredibili hūanitate lauando. Leprosorū etiā vlcera aspectu ipso horribilia/ capitis sui velo mūdabat: ꝛ votiuo deosculabat affectu. Nec delicatas nares fetor immanis a pietatis officio amouebat: sed eorū

calamitati cōpatiēs: oscłis lachrymas infundebat. O Ꝟe felicē ꝛ hūilem xpi ancillam: cui nil in mundo ꝑter peccata fetebat. [illegible]

[illegible] alib⁹ vite cursu feliciter expedito: domesticis suis ꝑdicens obitū suum / ꝑscia sui finis: int̄ sacre scripture colloq̄a: ꝛ xpi iesu magnalia repetita: btīm ei reddidit spm̄ / cui⁹ obsequijs se deuouit: mūdi hui⁹ spernēs vitā: ꝛ celestē illā sine fine duraturā / deuoto aīo ꝑcupiscens. Ipsi⁹ Ꝟo corp⁹ ad sepulture nobilioris hospitiū dieb⁹ iacens q̄ttuor inhumatū: nō fetore corrupti cadaueris / s; aromatū suauitate fragrabat. Concurrūt vndiq; ppli ad tā venerabile fun⁹: lachrymaꝝ lamenta portātes. Nec min⁹ singłari sunt turbati dispēdio: q̄ꝫ decedentis affectu. S; int̄ lamenta plorātiū ꝛ tristes vlulantiū voces / votiue leticie causa succrescit priora fomenta tanti doloris extiguens: dū sctissime femine corp⁹ / stupenda miraculoꝝ nouitate corruscat. Ut miserationis viscera / q̄ circa ꝓximos viuens exercuit: nec mortua claudere videretur. Tu autem dn̄e.

[illegible]

A [illegible] Fens hortoꝝ redūdās gr̄a mūdū replēs celi muneribus: mr̄ dei fecūdās ecclā necnō instaurās supnis sedib⁹: floruit a bon⁹ moꝝ ab īfantia admirādis fulsit virtutib⁹. [illegible] Beatus. [illegible]

[illegible] Rore celestis gr̄e in vtero pfūdit: mr̄ mie vt stella splēdēs oriē. [illegible] A piis parentib⁹ votis impetrata templi penetralibus est trima dicata. [illegible] Tā tilla puellula virtutis exēplum: nulla freta gerula ascendit in templū. [illegible] Erudita puella regia: contemplatur mente celesti a: charitate flagrāt ꝑcordia.



Que est ista que pgredit q̄si aurora ↄsurgens: pulchra vt lūa: electa vt sol: terribilis vt castrorum acies ordinata.

Ordo rectus.

Eterni pris ordine/ in templo virgo condit: vbi mira dulcedine / contemplando ↄfruitur. Oratiōi dita/ ⁊ diuinis obsequiis: a mūdo prorsus abdita/ archanis vacat studiis. O mira redundātia/ grē date virgini: q̄ cūcta sunt fragrātia / ⁊ grata summo numini. Mens lingua caro spiritus/ sensus affect⁹ actio: electā monstrāt celitus/ in mrēm dei filio. Maria mr grē. Gloria tibi domine. Diffusa est gra in labiis tuis. Propterea bñdixit te de⁹ in eternū. Nove laudis adest festiuitas grāta mundo ac celi ciuibus: q̄ btē marie scitas templo data est a parentibus: vt oliue pinguis suauitas vberius redundet fructib⁹.

Can. Magt.

Deus q̄ sctām filii tui genitricem/ gl'iosam virginem Mariā: tabernaculū spūsscti: in templo tuo presentari voluisti: psta q̄s: vt q̄ eius p̄sentatiōis festa recolim⁹: ipsi templū in quo habitare digneris effici mereamur. Per eund.

¶ Cum iocūditate presentationem btē marie. Virgo dei genitrix. Scā dei gēitrix. Votis ⁊ vocibus laudantes dñm. Instemus laudibus virginis virginū. Venite exultem⁹.

Nacre parētes v̄ginis steriles naturaliter: hāc dono summi numinis susceperūt feliciter. Voti soluentes filiā ad templū trimā deferūt: deo placentē hostiā ibi māsurā deserūt. Infantie tā tenere creuit virtus ⁊ gloria: in omni cōplens ope creatoris obsequia. Regit scti spūs do=

mestico dictamine: omnis virtutis penit⁹ dec⁹ splendet in virgine. Maria mr̄ gr̄e. Gloria tibi domine. [illegible] In templum dei gradibus terquinis erat adit⁹: quos compositis gressib⁹ ascendit fulta celitus. [illegible] Dñe dñs noster. [illegible] Nihil insolētie virgo p̄tēdebat: nā lux sapiētie i ip̄a fulgebat. Celi enarrant. [illegible] Et affectu supplici deo famulatur: sed ex gestu simplici grata veneratur. [illegible] Domini est ter. [illegible] Diffusa est gratia in labiis tuis. [illegible]

Cum aūt anno tertio ablactasset Mariam mr̄ sua: abierūt simul Joachim et Anna vxor eius ad templū domini: et offerētes hostias domino: tradiderūt infantulā suā Mariam in contuberniū virginum: q̄ die noctuq; in dei laudibus p̄seuerabat. Cūq; posita esset āte templū/ quintū decimū gradū templi sine adiutorio ascendit. in quo facto omnes stupor tenebat: ita vt pontifices templi mirarentur. Tu autem.

[illegible] Mente sctā fuit ex humilis omni splendens ornatu gr̄e virgo pia vn̄ sit nobilis. Thronus dignus sit regis glorie. [illegible] Thronus eburneus cum auro fulgido vēter virgineus cū cordis puido. Thronus dig. [illegible]

Erat autem maria in admiratiōe omnib⁹. Que cū triū esset annoꝝ/ ita maturo gressu ambulabat: et ita p̄fectissime loquebat: et dei laudibus insistebat: vt non infantula putaretur esse/ sed magna: et q̄si iam triginta ānoꝝ. Insistebat in lanificio: et omnia q̄ mulieres antiq̄ facere non poterāt: maria i tenera posita etate explebat. Tu aūt. [illegible] O q̄ȝ purā q̄ȝ sctām decuit matrem esse q̄ deū genuit lacte quoq; vberū aluit. Strixit vlnis manibus tenuit. [illegible] Tanto regi sit tam domestica quē vestiuit hūana tūica. Stri. [illegible]

Hec aūt sibi ipsi hanc regulā statuerat: vt a mane vsq; ad horā tertiā orōnib⁹ īsisteret. A tertia vero hora vsq; ad nonā/ se ope occupabat. A nona vero iteꝝ ab orōne non re-

cedebat: vsq3 dum illi dei Angel⁹ appareret: de cui⁹ manu escam acciperet. Et quotidie meli⁹ atq3 melius in dei amore proficiebat.

[illegible] Ordo rectus seruat⁹ nosci tur dũ maria in tẽplo cõditur nam contẽplans deo perfruit᷑. Sic ad alta mẽs eius rapit᷑. [illegible] Cũ in mẽte verbi lux oritur di gna verbi mater disponitur. ꝑ. Sic ad alta. [illegible] Gloria. [illegible] Sic. [illegible] Omni virtute ꝓdita totũ dat ad hoc studium: vt deo tota subdita deuo tum det obsequium. [illegible] Eructauit. Folio. [illegible] Rex virtutũ sibi mirabilẽ ma trẽ fecit mitẽ ⁊ humilem omni quoq3 do te spectabilem. [illegible] Deus nr̃ refugiũ. [illegible] Desp̃õsata cor docile ad angeli colloquiũ mite ꝓbet ⁊ humile prõpta spondet obsequium. [illegible] Fundamenta [illegible] Specie tua ⁊ pulchri. [illegible]

Eniq3 cũ vidisset ma iores suas virgines in dei laudibus proficere: ducebatur zelo nimie sue bonitatis: ⁊ agebat vt in vi gilũs inueniret prior: in sa pientia legis dei eruditior: in humilitate humilior: in carminibus dauidicis: ele gantior: in charitate gra tiosior: in puritate purior: in omni virtute perfectior.

[illegible] Eminẽti celi dulcedine sc̃a in templo virgo reficitur. Eius quoq3 mẽs pulchritudine gra tiarum ibi ꝑficit᷑. [illegible] Magna sem ꝑ exercẽs opa gratiosa mereri᷑ munera. [illegible] Eius quoq3. [illegible]

Rat enim constans ⁊ immobilis: atq3 quo tidie melior atq3 melior trãsibat. Hãc irascentem nemo vidit. Omnis sermo ei⁹ tam erat grã plenus: vt in ei⁹ lingua cognosceret᷑ deus. Si q̃s eã salutaret: illa pro salutatiõe deo gra tias respõdebat. Unde ab ipsa primum exiit: vt dum resalutant homines: sancti deo grãs dicant. Tu autẽ.

[illegible] Alma virgo ꝓpositũ nũq̃ nubẽdi statuit. Semꝑ dei pla citũ in hoc voto supposuit. [illegible] Gratus virga ioseph flos emi cat: ⁊ hunc spõsum virginis in dicat. [illegible] Semꝑ dei pla. [illegible]

Uotidie autez escã quã de manu angeli accipiebat. ipsa tm̃ reficie-

batur. Escam vero quam a pontificibus templi conse quebatur: pauperib⁹ diui-debat. Frequenter enim vi debātur cum ea loq̄ Angeli: tanq̄ familiares ⁊ ciuē tuli ei⁹/ obtemperabāt ei. Si q̄s aūt infirm⁹ q̄cunq̄ grauaret egritudine teti-gisset eā: san⁹ ab illa hora integerrime reuertebatur.

Nuptā sic ex indicio floris ⁊ scti spūs in colūbe mysterio gabriel missus celit⁹ salutat magno gaudio. Que cōcepit diuinitus. In parentum manēs hospitio inuenit a dei nuncio. Que. Bñsa. Que con. [illegible] Flos in floris tpe ad locū floris mittit: sic de floris corpe gliose cōcipit. Cantate. [illegible] Jesus flos flos maria verq; tēpus floris: flos nazareth patria plena sunt decoris. [illegible] Dñs reg. exul. [illegible] Laudans flos multiplicat virgule decorem: conceptus glorificat marie pudorem. [illegible] Cantate. [illegible] Adiuuabit eam deus. [illegible]

Hic itaq; nobis tanq̄ in imagine descripta Marie virginitas: in q̄ velut specło refulget species castitatis ⁊ forma virtutū. Virgo erat corpore: virgo ⁊ mente. Corde erat humilis: verbis grauis: animo prudens: loquēdi parcior: legendi studiosior: intenta opere: verecunda sermone. [illegible] Maria iesse virgula de qua ichus flos orit. Spūsancti regula manēs in tēplo regit. Ibi diuino dogmate de diuinis instruit omni quoq; charismate grāꝝ imbuit. Spūs. [illegible]

Maria nullis ledere: cūctis bene velle: maioribus assurgere: equalibus non inuidere: iactantiam fugere nouerat. Quā illa lesit parentes? qñ fastidiuit humilem? qñ derisit debilem? qñ vitauit inopem? Nihil toruum in oculis: nihil procax in verbis: nihil in actu ipsius verecūdum fuit. Non gestus fractior: nō incessus solutior: non vox petulantior: vt ipsa species corporis fieret simulachrū mentis/ ⁊ figura probitatis. Tu autem. Recolamus virginis incly

ta ac miracula laudū p̄conia in fantilia etatis merita. Et virtutis grata primordia. Radiat gr̄a iā in puellula ⁊ sapiētia fulget in paruula. Et vir.

Ipsa itaq3 est illa: attestāte Hieronymo: q̄ celis gloriam dedit: terris deū pacemq3 refudit: gentibus fidez: vitijs finem: vite ordinem: moribus disciplinā. Hec diuina dispositione ascendit in templuz: vt ibi presentaret deo prī: ibiq3 dei legem scrutaret: ⁊ oro redēptiōe hūani gn̄is p̄rem in abscondito et cubiculo sui cordis oraret.

Oēs gētes attēdite ad tam pulchrū spectaculum. deo gr̄as agite q̄ sic dilexit ppl̄z. Marie formā sumite q̄ virtutis est speculū. Virgo sctā tēplo data post facta est dei templum: templū est plebs deo grata marie seq̄ns exemplū. Marie. Glia. Marie. Oēs gen. Te deum laud. Diffusa est gratia in labiis. Laudā felix ecclesia alme mr̄is infantiam: cuius immēsa gr̄a tibi paruuit gl̄iaz. In templi dei larib⁹ virgo dedicata supnis ciuib⁹ gaudet visitata. Omnis ei⁹ actio in deū tendebat: toto vite spacio meritum augebat. Quicquid egit penitus est forma virtutis: ⁊ doctrina spirit⁹ ex causa salutis. Quantuz facultas sufficit laudēt mentes pie: nam oīs lingua deficit a laude marie.

Ista est columba mea perfecta mea: vna est genitrici sue electa: quā videntes filie syon: btissimā predicauerunt: ⁊ Regine laudauerunt eā.

Omnes fideles plaudite/ ⁊ v̄ginis infantiā: deuoto corde colite/ mirātes ei⁹ gr̄am. Nā in puella tenera/ vernat sensus maturitas: ⁊ pāditur p opa/ habitās int⁹ deitas. Docta matura strennua: ⁊ honore spectabilis: virtute scādens ardua/ cunctis prestās ⁊ humilis. Sic cōditoris munere/ miris ornata dotib⁹: vt digna foret parere: deū castis visceribus. Maria mr̄ gr̄e. Glia tibi domine: q̄ natus es. Elegit eam deus.

Benedictus virginis filius re=
plens mrē misericordia: aduo
catam dans hāc ꝓpicius ne sit
quisq3 anceps de venia. Can=
ticū. Būs dn̄s. [illegible] De⁹
q̄ sctām ¶ [illegible]
Lauda felix ecclesia. [illegible]
[illegible]
¶ [illegible]
Doctrix est maria di=
scipline dei: ⁊ ele=
ctrix opeꝝ illi⁹: sobrietatē
⁊ prudentiā docet: ⁊ iusti=
ciā ⁊ omnem virtutem. [illegible]
Diffusa est gr̃a. [illegible] Specie tua.
[illegible] Deus q̄ sctām. [illegible]
[illegible]
¶ [illegible] Sapien[illegible]
Non hz amaritudinē
conuersatio Marie:
nec tediū conuict⁹ illius:
sed leticiā ⁊ gaudium. [illegible]
Specie tua. [illegible] Adiuuabit eā.
¶ [illegible]
Hortus conclusus so=
ror mea sponsa: hort⁹
conclusus: fons signatus:
emissiones tue paradisus
malorum punicorum: cum
Pomorum fructibus. [illegible]
Adiuuabit eam. [illegible] Elegit eā.
¶ [illegible] Quātū facultas.
[illegible] Letatus sum. [illegible]

[illegible]
Oliua fructifera mr̃ pietatis fu
gās mundi scelera stella clarita
tis p quā cuncta prospa dātur
nobis gratis: nos tādē in ethe=
ra trāsfer cum btīs. [illegible]
Mgt. [illegible] De⁹ q̄ sctām.
[illegible]
[illegible] de sctā Cecil[illegible]
¶ Cecilie [illegible]
Uirgo gloriosa semp euāgeliū
Christi gerebat in pectore suo
non diebus neq3 noctib⁹ a col
loquiis diuinis ⁊ orone vaca=
bat. [illegible] Diffusa est gr̃a. [illegible]
Deus q̄ nos annua. [illegible]
[illegible]
[illegible] Agnū spō
sum virginum. Uenite adore=
mus dn̄m iesum christū. [illegible]
Uenite exultem⁹. [illegible]
Uirginis ples. [illegible]
Cecilia virgo almachium exu=
perabat tiburtium ⁊ valeria=
num ad coronas vocabat. [illegible]
Dn̄e dn̄s noster. [illegible]
Expāsis manib⁹ orabat ad dn̄ꝫ
vt eā eriperet de inimicis. [illegible]
Celi enarrant. [illegible]
Cilicio cecilia mēbra domabat
deum gemitibus exorabat. [illegible]
Dn̄i est terra. [illegible]
Diffusa est gr̃a in. [illegible]

C Ecilia subter ad carnem cilicio iduta: desup ꝑ auratis vestib⁹ tegebat. Parentū em̄ tāta vis ⁊ sponsi amor tātus circa illā erat: vt estuās ei⁹ animus: non posset amorem sui cordis ostēdere: ⁊ q2 solum christum diligere indiciis euidentib⁹ aperire. Virgo gl'osa semꝑ euāgelium christi gerebat in pectore. Et nō diebus neq3 noctib⁹ vacabat a colloquiis diuinis et orone. Cilicio cecilia mēbra domabat ⁊ gemitibus deū exorabat. Et non diebus.

Q Uid multa? venit dies in q̄ thalam⁹ collocat⁹ esset: ⁊ cātantib⁹ organis: illa in suo corde soli deo decātabat dicēs. Fiat dn̄e cor meū ⁊ corp⁹ meū imaculatū: vt nō cōfundar. Cātātibus organis cecilia virgo in corde suo soli dn̄o decātabat dicēs. Fiat dn̄e cor meū ⁊ corpus meum immaculatū vt non confundar. Biduanis ac triduanis ieiuniis orās: cōmendabat domino quod timebat. Fiat dn̄e cor.

